CHARTOPHYLAX ECCLESIASTICUS:

QUO

Propè MD. Scriptores Eccleſiaſtici, tam Minores, quam Majores, tum Catholici, tum Hæretici, eorumq; Patria, Ordo, Secta, Munera, Ætas & Obitus; Editiones operum præſtantiores; Opuſcula, quin & ipſa Fragmenta breviter indicantur.

Scriptores dubii a certis, ſuppoſititii a genuinis, Non-Extantes a ſuperſtitibus diſtinguuntur.

A CHR. Nato ad annum uſq; MDXVII.

ACCEDUNT

Scriptores Gentiles Chriſtianæ Religionis oppugnatores; & brevis cujuſvis Sæculi conſpectus.

ADJECTO

Ad calcem Indice Alphabetico-Chronologico.

Studio & Labore
GUILIELMI CAVE, SS. Th. Pr.
Canonici Windeſorienſis.

LONDINI,
Impenſis Richardi Chiſwell, ad Inſigne Roſæ Coronatæ in Cœmiterio D. Pauli. MDCLXXXV.

Reverendiſſimo Doctiſſimoque

CLERO ANGLICANO

GUILIELMUS CAVE

S. D.

QUanta cura, quam fœlici ſucceſſu, Eccleſia Anglicana ab ipſis reformatæ apud nos religionis incunabulis, Eccleſiaſticæ Antiquitatis ſtudium ſemper excoluerit, teſtantur tot clariſſima in rebus literariis nomina; *Cranmerus, Ridleius, Parkerus, Juellus, Noellus, Humphredus, Whitgiftus, Reynoldus, Whitakerus, Hookerus, Richardus, & Joannes Coſini, Bilſonus, Bancroftus, Sutlivius, Downamus, Perkinſius, Andreuſius, Cocus, Robertus & Georgius Abboti, Fieldus, Buckrigius, Overallus, Whitus, Willetus, Nic. Fullerus, Cracanthorpus,*

Davenantius, Serenissimus Rex Jacobus, *Laudus, Featleius, Linsellus, Junius, Masonus, Wardus, Brunrigius Chillingworthus, Holdsworthus, Hallus, Halesius, Usserius, Heylinus, Prideauxius, Mortonus, Montacutius, Gregorius, Sanderſonus, Hammondus, Taylerus, Savilius, Seldenus,* &c. Quales, Deus bone! & quanti viri; ut eorum, qui hodiè in vivis sunt, pudori parcam. Tenet Ecclesia nostra, tenuitque semper firmam illam & immotam Tertulliani regulam, *id verius quod prius, id prius quod ab initio.* Quò propius Veritatis fontem accedimus, eò purior decurrit Catholicæ doctrinæ rivus. Nec manifestius ullum labentis fidei ruentisve Ecclesiæ signum, quam a recto genuinæ vetustatis tramite defectio; *dum pro cœlesti dogmate humanæ superstitiones introducuntur, dum benè fundata antiquitas scelesta novitate subruitur, dum superiorum instituta violan-*

lantur, dum reſcinduntur ſcita Patrum, dum convelluntur definita Majorum, dum ſeſe intra ſacratæ atque incorruptæ vetuſtatis caſtiſſimos limites prophanæ ac novellæ curioſitatis libido non continet, ut optimè Vincentius Lirinenſis. In æternum Eccleſiæ noſtræ decus ac gloriam cedit, quod fidem ſuam non ex ἀγεώφοις & ambiguis Traditionibus, non ex turbidis Scholaſticorum lacunis, non ex inconditis ſyſtematicorum rhapſodiis, ſed ex ſacra pagina, ex venerandis ſanctorum Patrum monumentis, & primorum Conciliorum decretis hauſerunt Reformationis Anglicanæ Ἐργοδιώκῃ: quod liturgiam, ritus & Ceremonias, totam denique politiam non ad Scholæ Pontificiæ, non ad Lutheri, aut Calvini placita, ſed ad primævæ Antiquitatis normam & exemplar accuratè delinearunt. Unde magnus ille Caſaubonus, vir in Patrum ſcri-

ptis versatissimus, palàm scribere non dubitavit, Ecclesiam Anglicanam ita esse institutam, *ut ad florentis quondam Ecclesiæ formam nulla hodie propius accedat, inter vel excessu, vel defectu peccantes mediam viam secuta.* Quid quod ipsæ leges nostræ, in solennibus regni Comitiis editæ, sedulò cavent, ne ulla apud nos doctrina, pro Orthodoxa habeatur, nisi cum Canonicis scripturis, primisque quatuor Conciliis Oecumenicis optimè congruat. Graviter omninò & appositè D. Basilius, *de Spir. S.* c. 29. Δυσωπητικὰ τὰ πῶς τὰ παλαιὰ τῶν δογμάτων, οἱονεῖ πολιᾶ τινι τῇ ἀρχαιότητι τὸ αἰδέσμιον ἔχοντα. *Veneranda sunt vetusta dogmata, quod ob antiquitatem ceu Canitiem quandam, habeant quiddam reverendum.*

Suum etiam rebus externis accedit ab antiquitate pretium. Quis non miretur, & tacita quadam veneratione intueatur veteris Romæ rudera, templa, theatra, Porticus,

ticus, exesas vetustate statuas, disjecta & perfracta marmora? Quis non insigni quadam voluptate tractet antiqua Numismata, ærea forsan illa, at ipso auro haud redimenda, tanti ab omnibus habita, ut inter pretiosissima Regum κειμήλια locum meruerint? Quem non mira delectatione afficit retroactorum Sæculorum memoria? Præteritorum temporum annales revolvere, nascentis Mundi imaginem contemplari, gentium origines, mores, migrationes, investigare; imperiorum ortus & occasus recolere, populorum fata, variasque humani generis, quaquà patet terrarum Orbis, vicissitudines repetere? Jam vero juxta Prophetæ enuntiatum, *Quid palea ad triticum? Si tanti vitrum, quanti margaritum?* Ut cum Tertulliano loquar *ad Martyr.* c. 4. Suaviter nos ducunt, penè dixerim, rapiunt urbium, gentiumque antiquitates;

quantò majori voluptate perfundunt animum Ecclesiæ Christianæ natales & primordia, progressus & incrementa, sedes fundatæ, institutæ Metropoles, Episcoporum successiones, Patriarcharum jura? quis est, nisi peponem pro corde habeat, qui non avidissimè exoptet beatorum Apostolorum actus, peregrinationes, certamina relegere, sanctorum Martyrum, qui de ipsis equuleis, ungulis, gravissimis tormentis egerunt triumphum, palmas lemniscatas contrectare; Synodales conventus ingredi, venerandos patrum consessus oculis lustrare, vota & decreta auribus haurire? Cui non volupe est fidem nostram enascentem, & e tot difficultatum fluctibus eluctantem intueri, & vi quadam divinitus immissa totum pene mundum sibi subigentem? quid denique jucundius, quàm cum hominibus candidi pectoris, & infucatæ

catæ pietatis vitam traducere, cum his versari, qui suis moribus, doctrina, eruditione, & præclaris monumentis Ecclesiam ornarunt, ædificarunt, unáque nomina sua æternitati consecrarunt? Huc nos ducunt, hac nos dulcedine permulcent antiquitates Christianæ.

At non modo voluptati, verum & necessitati consulendum est. Invigilandum utique Ecclesiæ nostræ honori simul & patrocinio, ab ultima antiquitate petita subsidia in promptu sunt habenda, ut toto mundo constare possit, quam immeritò *Novatorum* nomine traducamur. Cum iis nobis res est, qui ultra Calvini institutiones, & recentiorum systemata sapiunt, qui nil nisi antiquitatem crepare solent, & quasi Sanctorum Patrum essent ex asse hæredes, solis sibimetipsis tanquam peculium vendicant. *Ad Patres siquando licebit accedere* (inquit Campianus

Rat.

Rat. 5.) *Confectum est prælium; tam sunt nostri, quam Gregorius ipse decimus tertius, filiorum Ecclesiæ pater amantissimus —— quoquò se moverit adversarius, nisi gloriam Deo cesserit, feret incommodum; patres admiserit, captus est, excluserit, nullus est.*

His igitur armis (Viri, Patres, Fratresq;) optimè instructi simus, parati semper nostra tueri, iisque respondere, qui fidei nostræ (quam verè primitivam, Catholicam, Apostolicam esse sanctè profitemur) rationem requisiverint. Neque enim is est Ecclesiæ nostræ status, ut pro summo purioris Antiquitatis tribunali causam dicere defugiamus. Faceſſat a nobis inutilis omnis studiorum ratio, faceſſant difficiles nugæ, implacabiles rixæ, leves & ludicræ disputatiunculæ; ætatem teramus non in foro, & in prætoriis, non agyrtarum more sursum & deorsum cursitantes, non apud Magnatum limi-

na

na ſordidis obſequiis gratiam & favorem aucupantes, verum in roſtris, in ambone, intra bibliothecæ denique clathros & cancellos, Eccleſiæ commodo, animarum ſaluti, antiquitatis cognitioni, boniſque literis promovendis, gnavitèr incumbentes. Quin ergo agite voſmet, & ad ſacra hæc ſtudia totis viribus, omnibus nervis contendite, vos inquam, maximè, quibus melior indoles, & liberius otium; dignitatibus ornati, reditibus aucti, quos tanquam meliorum literarum præmia, & cumulatioris diligentiæ ſtimulos & incitamenta majorum pietas conſecravit. Reviviſcat indies magis magiſque Eccleſiæ Anglicanæ gloria, & ſit in omne ævum, ut adhuc, *ſtupor mundi Clerus Britannus.* Floreat Eccleſia, vigeat pietas, diducantur literarum Eccleſiaſticarum Pomœria ſub auſpiciis Sereniſſimi principis Jacobi Secundi, non minus,

quam

quam olim sub augustissimo ipsius avo *Jacobo primo*, literarum juxta ac fidei defensore. Sint denique in æterna memoria venerandi Ecclesiæ Catholicæ Patres, sit scriptis eorum summus honor & æstimatio, quorum notitiam si levidensis hæc, quam contulimus, Symbola, vel tantillum promovebit, præclarè mecum agi putem, meque bonas horas benè collocasse judicabo.

Dat. è Collegio
Windesor. VI. Kal.
Jul. MDCLXXXV.

PRÆ-

PRÆFATIO AD LECTOREM.

UNdecimus jam agitur annus, ex quo *Tabulas Eccleſiaſticas* in lucem emiſi, quæ Hamburgi deinde An. MDCLXXVI. me plane inſcio, recuſæ ſunt. Ex eo tempore de iis recenſendis, mutandis, multò minus in juſtam libri molem augendis, οὔτ' ὄναρ, οὔτ' ὕπαρ, ne ſemel quidem ſubiit animum cogitatio. Verum paucis abhinc annis rogabant, urgebant, & acrius apud me inſtabant ii, quorum ſumma in me poteſtas & imperium, ut de Scriptoribus Eccleſiaſticis accuratius adhuc aliquid commentarer, & ſuppletis, quæ in aliorum hac de re libris deeſſe videbantur, opus conderem, quod communi ſtudioſorum commodo inſerviret. Talia ſuadentes, & penè imperantes moleſtè tuli, eorumque mo-

monitis ſurdas objeci aures. Neq; rationes, cur tam obſtinatò adverſus amicorum vota animum obfirmavi, hoc loco referre fas eſt. Dixiſſe ſat erit, multis me non tam argumentis, quam iteratis precibus victum, tandem manus dediſſe. Et jam navem iterum conſcendo, vela ventis pando, littora nobis olim cognita relego, ultimæ antiquitatis portus appello, merces domum reporto, & in horreis recondo, in futuri operis ſubſidium ſimul & ornamentum. Hinc nata mihi, quam ſub manibus habui, *Scriptorum Eccleſiaſticorum Hiſtoria literaria*; in qua poſt præmiſſam de cujuſvis Sæculi ſtatu literario, de Bibliothecarum erectione, Academiarum, Scholarum, Collegiorum, Monaſteriorum fundatione, ordinum religioſorum origine & inſtituto, ſchiſmatum & hæreſeon ortu & progreſſu diſſertationem, ſcriptoris uniuſcujuſq; vitam & res geſtas, maximè literarias exponere, de ſcriptis tum genuinis, tum ſuppoſititiis, tam quæ ſuperſtites hodiè, quam quæ perierunt, eorumque ſcopo & argumento, de ſcriptoris ingenio, ſtylo, ſecta, nævis & erroribus agere, ſummorum denique virorum, præſertim antiquiorum judicia & Cenſuras, &

præ-

præstantiores operum editiones Lectori ante oculos ponere, in animo habui.

Verum frustrà ego mecum has rationes deputavi. Protinus expertus sum duram me cœpisse provinciam, nec tam gravi oneri pares subesse humeros, magnum esse negotium, laboris & periculi plenum, nec unius anni id opus fore. Non enim nobis, inferioris subsellii ὑπάρχοις, qui sub sole & pulvere indies laboramus, licet esse tam beatis, ut cæteris soluti curis, unico negotio opera atque animo incumbamus. Aliò nos vocant quotidianæ vitæ curæ & sollicitudines, & frigidæ plerunque occupationes, quæ simul & avocant animum & comminuunt; aliò, quæ amicis præstantur obsequia; aliò, diversa quandoque studiorum ratio; aliò denique sacri nostri muneris officia, quorum singula vel totum occuparent hominem. His tamen non obstantibus in historia hac concinnanda, per aliquot jam Sæcula progressus eram, cum primò nutans rerum mearum status, mox pertinax & penè conclamata valetudo, & moles, qua premor, cadaverosa, opus inceptum e manibus excussêrunt, & de sarcinulis re-

recolligendis ſerio monebant. Ne verò nihil omninò egiſſe videar, horis ſubſicivis, & quantum per valetudinem licuit, Tabulas in manus reſumpſi, & non tam recenſui, quàm totum opus de novo ab ipſo limine recudi, ſcriptorum numerum immenſo cumulo auxi, ætates ad accuratiores Calculos revocavi, (longè accuratiores forſan futuros, ſi modò doctiſſimi Præſulis, D. Aſaphenſis Chronologiam, quæ jam ſub prælo ſudare cœpit, inſpicere licuiſſet:) eò libentius manum operi admovens, ut fœdos errores, qui partim Amanuenſis, partim Typographi negligentia in Tabulas irrepſerant, e medio tollerem. Quis enim, niſi cæcus ſit, non videt nomina hinc indè vitiata, numeros corruptos, quin & ſcriptores aliquot è ſuis ſedibus divulſos, & in alia plane Sæcula obtortò quaſi collo retractos? Ne multa, vetera correxi, nova addidi, plura, quæ non ad utilitatem modò, ſed & ornamentum facere videbantur intertexui, omnia ſummâ quantum fieri potuit brevitate. Interim ut aliqualem majoris operis, quod moliti ſumus, guſtum Lectori præbeamus, ſpecimen in *Euſebio Cæſarienſi* dedimus.

Di-

Dicet fortaſsè aliquis, me actum agere, & in hoc inſtituto poſt Sixtum Senenſem, Poſſevinum, Bellarminum, Miræum, Labbeum, Geſnerum, Simlerum, Perkinſium, Scultetum, &c. verſari, nil aliud eſſe, quam poſt Homerum Iliadem ſcribere. Fateor quod res eſt, plures in hoc genere Scriptores extare, quorum lucubrationes a me quàm longiſſime abſit, ut e ſtudioſorum manibus excuti vellem. Habent aliorum libri ſuos uſus, habet forſan & meus ſuos. In eodem ſtadio decurrentibus non eadem omnibus currendi ratio, non eadem terenda ſemita, neque eadem curſum fœliciter conficiendi adminicula; nec qui in amæno amploque deambulant horto, eoſdem ſemper decerpunt floſculos. Latiſſimè patet Scriptorum Eccleſiaſticorum campus, in quo plures abſq; aliorum damno ſeſe exercere poſſunt. Præfiſcinè id dicam, non pauca in hoc libello repetiri, quæ fruſtra alibi quæras, multa compendio, & tribus quaſi verbis dicta, quæ alii per aliquot paginas diducere ſolent. Utcunque ſit, vulgatum illud S. Auguſtini huc traham; *Neque enim omnia, quæ ab omnibus conſcribuntur, in omnium manus*

veniunt. Et fieri potest, ut nonnulli, qui etiam hæc nostra intelligere valent, illos planiores non inveniant libros, & in istos saltem incidant. Ideoque utile est, plures a pluribus fieri diverso stylo, non diversa fide, etiam de quæstionibus iisdem, ut ad plurimos res ipsa perveniat, ad alios sic, ad alios autem sic. de Trinit. l. 1. c. 3. oper. Tom. III. p. 211.

Restat jam ut paulò explicatiùs de ipsis, quos hic exhibemus, scriptoribus, de illorum scriptis, deque operum editionibus, denique de Methodo, & ordine, quo usi sumus, paucis agamus. Scriptores ipsi non sunt unius generis; in quatuor classes commodè despesci possunt. Sunt enim vel majores, vel minores, vel Hæretici, vel Gentiles. Majores voco, non tantum qui ætate & auctoritate cæteris præstant, quales sunt Apostoli, virique Apostolici, οἱ τὴν πρώτην τάξιν τῆς τῶν ἀποστόλων ἐπέχοντες διαδοχῆς (ut de iis *Eusebius* l. 3. c. 37.) sed qui indefesso studio, & immensis laboribus plura volumina in Ecclesiæ juxta ac Reipublicæ literariæ commodum elucubrarunt. Et in hoc genere nullum me prætermisisse spero. Minorum gentium Scriptores sunt, qui

qui non nisi paucos aliquot tractatulos ediderunt, vel singularem aliquam Epistolam ad posteros transmiserunt. Hos etiam undique conquisivi, & in Censum retuli. Quod ut majore cum fructu facerem, non modo magna Patrum volumina sedulò excussi, verùm ingentes Bibliothecæ Patrum, Conciliorum, Miscellaneorum, & (quotquot ad manus meas pervenerunt) istiusmodi Collectaneorum Tomos pervolvi, plurimosque inibi latentes scriptores in lucem protraxi. Quod Hæreticos inferuerim, id inde factum est, quia horum, non minus quam aliorum notitia ad Ecclesiasticæ Antiquitatis historiam illustrandam apprimè confert. Eadem de causa etiam eorum rationem habui, quorum nulla hodie superstint opera, eò quod Antiquitatis studioso plurimum intersit, ut ad horum cognitionem deducatur.

Historiæ Politicæ scriptores, hinc inde, at parcè quidem, in commentarios misi: cui enim ignotum, sequioribus Ecclesiæ temporibus paucos admodum fuisse, qui res Ecclesiasticas separatim tradiderunt, verùm una eâdemque opera civilia & Ecclesiastica negotia

tia literis mandare ſoliti ſunt? Plures a me ſcriptores omiſſos nemo miretur. Quis enim vel Bernardo oculatior, videt omnia? Præterea, multi ſunt Anonymi, quorum capita in cenſum non veniunt, & tamen hos quoque inter veteres plerumque notavimus. Multi incerti prorſus temporis, quorum ætatem nullo vel veriſimilis conjecturæ hamo expiſcari poteram. Multi, ſatis quidem noti, ſed nullius nominis, quippe futiles ac proletarii, ac proinde aliis tantummodò cedere digni. Cum enim poſterioribus præſertim Eccleſiæ Sæculis infinita ſit ſcriptorum meſſis, Scholaſticorum putà, Chronologorum, Biographorum, &c. delectus in his quandoque habendus erat, quò præteritis obſcuris, & nullius numeri Scriptoribus, Farfari foliis, celebrioribus, & ſæculorum memoria dignis locus eſſet. Vereor tamen ne etiam mihi vitio vertatur, me plures quàm par erat, hujus farinæ Scriptorculos reliquis immiſcuiſſe. In prioribus ſæculis ſummam, quam potuimus, præſtitimus diligentiam: quo fine totum penè Euſebium, Hieronymum, Gennadium, Photium, Suidam, & ex veteribus alios, quantum

ad

ad institutum nostrum attinet, hausimus.

Ad finem cujusvis sæculi Scriptores Gentiles addidi, qui fidem nostram, sanctissimamque religionem suo tempore oppugnarunt. Tenuis fateor horum est, & exiguus quam pro tot sæculorum ratione numerus. Verùm plurimorum etiam nomina una cum scriptis perierunt. Siquidem primi Imperatores Christiani præfervido quidem (num etiam laudando?) zelo Gentilium adversus Christianam fidem libros flammis adjudicarunt. De Porphyrio Constantinus M. Epistola ad Episcopos & Plebem apud Socrat. lib. 1. cap. 9. Πορφύριος ὁ τῆς Θεοσεβείας ἐχθρὸς, συντάγματα παράνομα κατὰ τῆς θρησκείας συστησάμενος, ἄξιον εὕρετο μισθὸν, καὶ τοιοῦτον, ὥστε ἐπονείδιστον μὲν αὐτὸν πρὸς τῆς ἑξῆς γινέσθαι χρόνον, καὶ πλείστης ἀναπλησθῆναι κακοδοξίας, ἀφανισθῆναι δὲ τὰ ἀσεβῆ αὐτοῦ συγγράμματα. *Porphyrius veræ pietatis inimicus, compositis adversùs Christianam Religionem nefariis voluminibus, dignam mercedem retulit, ut & ipse infamis sit apud posteros, multisque appetitus opprobriis, & impii ejus libri penitus fuerint aboliti.* En etiam Theodosii M. legem. *Cod. de sum. Trinit.* Tit. 1. leg. 3. *Decere arbitramur no-*

ſtrum imperium, ſubditos noſtros de Religione commonefacere. —— Sancimus igitur, ut omnia quæcunque Porphyrius ſua pulſus inſania, aut quivis alius, contra Religioſum Chriſtianorum cultum conſcripſit, apud quemcunque inventa fuerint, igni mancipentur. Omnia enim provocantia Deum ad iracundiam ſcripta, & pias mentes offendentia, ne ad aures quidem hominum pervenire volumus. Inde fit, ut ne multorum quidem, qui adversùs Chriſtianos ſcripſerunt, nomina nobis nota ſint, nedum ipſorum libri integri ad nos pervenerint.

Scripta quod ſpectat, imprimis notandum eſt, de editis mihi præcipuam fuiſſe curam. Quæ adhuc latent Manuſcripta plura ſunt, quam ut cum libelli hujus inſtituto conſiſtere queant; nec de iis accuratam ſatis notitiam aſſequi, nobis datum eſt. Intereſſet ſane Antiquitatis ſtudio, ut refractis Bibliothecarum clauſtris, intima Archivorum penetralia referarentur, & plenus tot reconditorum Eccleſiæ monumentorum theſaurus nobis patefceret. Verum enimvero quis huic oneri ſuſtinendo ſufficeret Atlas, quis huic labori perferendo par Hercules inve-

niatur? Interim hujus temporis fœlicitati gratulor, quod tot veterum monumenta e tenebris eruta, blattarum & tinearum imperio erepta videt, quod tot *Sirmondos*, *Valesios*, *Holstenios*, *Allatios*, *Labbeos*, *Cotelerios*, *Garnerios*, *Baluzios*, *Mabillonios*, *Dacherios*, *Huetios*, *Lambecios*, *Wetstenios*, (ut nostrates hodiè florentes sileam) nostra hæc tulit ætas. Sed ut unde digressus sum redeam. Quod in me erat, tum deperditorum, tum Manuscriptorum, quæ edita sunt, fragmenta quasi digito monstravi, & ubinam reperiantur indicavi. Constitutiones & Epistolas Synodales rariùs attigi. Mecum certè destinaveram, unicuique Sæculo Concilia, eorumque Acta & literas appendere. Sed ab hac sententia discessi, ne in majorem, quam par erat, molem liber excresceret. Utinam exurgat tandem, qui hac similive methodo nobis Concilia tradat. Interea sufficere potest *Historica Conciliorum Synopsis*, quam tum seorsim, tum in Apparatu ad magnam suam Conciliorum collectionem edidit Ph. Labbeus.

Scriptorum Eccleſiaſticorum editiones non omnes quidem, ſed tantummodò præſtantiores appoſui. Opuſcula ſeorſim edita, & quæ in reliquis operibus deſiderantur, diligenter recenſui, quin & ſingulorum librorum titulos, niſi ubi prolixior nimis eſſet Catalogus, in lectoris gratiam adjeci. Quod tamen ſtatim ab initio nimiæ brevitati intentus non uſquequaque præſtiti. In plurimorum librorum, qui primis naſcentis Typographiæ temporibus prodierunt, editionibus indagandis, ſæpè Simlerum, Miræum, & qui cæteris longè accuratior eſſe ſolet, Cl. Labbeum ſequuti ſumus, cujus eruditis lucubrationibus nos plurimùm debere, grati agnoſcimus, ac profitemur, omneſque alios, per quos profecerimus, ſuis locis candidè & fideliter recognovimus. Nec melioris notæ Catalogos neglexi, tum Bibliothecarum publicarum, *Oxonienſis*, *Leydenſis*, *&c.* tum privatarum, *Thuanæ*, *Heinſianæ*, *Arundellianæ*, *&c.* partim ut varias editiones inter ſe conferamus, partim ut quæ non ubivis proſtant, facilius inveſtigemus.

Ad ordinem tandem & methodum, qua uſi ſumus, deveniamus. Et in digerendis quidem Scriptoribus, tem-

poris

poris ſeriem, utpote naturæ magis congruentem, & quæ in lectione Patrum ordine maximè commodo nos manuducit, obſervavi, adjecto ad calcem Indice Alphabetico-Chronologico: Scriptoris cujuſque nomen & cognomen, patriam & natale ſolum deſignavimus; ſectam cui ſe addixit, munus, quo vel in Eccleſia functus ſit, vel Republica, indicavimus; annum, quo claruit, præſertim fatalem quo obiit, certiſſimum quippe ætatis indicium, notavimus, ubi certa ætas inveniri nequit, conjecturis uſi ſumus, ratione tamen non prorsùs deſtitutis. Dato hujus vel illius Scriptoris mortis tempore, annum quo claruit decennio ante collocavimus, niſi ubi peculiaris quædam ratio aliter ſuaſit. In figendis Epiſcoporum Abbatumque ætatibus, ab anno, quo ad munera & dignitates evecti ſunt, ubi haberi potuit, Epocham duximus. Scriptores item dubios a certis (ne junioribus id fraudi ſit) ſuppoſititios a genuinis, non extantes ab iis qui ſuperſunt hodie, idque appoſitis quibuſdam ſignis, vel literis notum fecimus. Cum enim Lectoris & tempori & ſumptui conſultum voluimus, pro inſtituti noſtri ratione,

tione, omnimodâ brevitate opus erat. Hinc compendia verborum sæpissimè adhibuimus, quorum mentem hoc loco explicari par est.

D.	Dubium.
Sp.	Spurium.
N. L.	Non liquet.
E.	Extat.
N. E.	Non extat.
B.PP.T.1.	Bibliothecæ Patrum, Tom. 1, 2, &c.
C. T. 1.	Conciliorum T. 1, 2, &c.
CP.	Constantinopolis. Constantinopolitanus.
Episc.	Episcopus.
Ep.	Epistola.
Epp.	Epistolæ.
Fr.	Fragmentum.
Frr.	Fragmenta.
clar.	claruit.
ob.	obiit.
Opp.	opera.
f.	in Folio.
Auct.	Auctuarium.
MSS.	Manuscript.
O. A.	Ordinis Augustiniani.
O. B.	Ordinis Benedictini.
O. C.	Ordinis Carmelitici.
O. Cl.	Ordinis Cluniacensis.

O.D.

O. D.	Ordinis Dominicani.
O. F.	Ordinis Franciſcani.
O. M.	Ord. Minorum.
O. Præd.	Ord. Prædicatorum, &c.

Denique lectores eruditos oratos volumus, ut hunc libellum benignè & humanitèr tractent. Non enim doctis hæc ſcribimus, & in antiquitatis palæſtra exercitatis, ſed Tyronibus φιλαρχαίοις, Antiquitatis Eccleſiaſticæ Candidatis, qui veteris Eccleſiæ monumenta, vix primoribus labris deguſtarunt. Judicent modò de noſtris candidè & clementèr eruditi, ſat erit; quid Cenſores, quid naſutuli, οὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ. Errores, qui in tam vario, tam difficili opere elaborando, obrepere poſſint, pro ſua humanitate lector corrigat, & vitiis, ſi quæ ſint, Typographicis, quæ ſpero fore neque multa, neque gravia, medicam adhibeat manum, ſecumque reputet, tunc demum librum ſine mendis proditurum, cum ipſe auctor ab omni prorſus errore liber & immunis fuerit.

—— *Optimus ille,*
Qui minimis urgetur.

TA-

TABELLA SÆCULORUM.

I. Sæculum Apostolicum. Pag. 1
Continet Scriptores XXIII.

II. Sæculum Gnosticum. p. 7
Scriptores Ecclesiast. LVIII.
Gentiles VII.

III. Sæculum Novatianum. p. 19
Scriptores Ecclesiast. XXXVI.
Gentiles II.

IV. Sæculum Arianum. p. 28
Scriptores Ecclesiast. CXL.
Gentiles VII.

V. Sæculum Nestorianum. p. 75
Scriptores Ecclesiast. CLXXXI.
Gentiles II.

VI. Sæculum Eutychianum. p. 102
Scriptores Ecclesiast. CVIII.
Gentiles III.

Tabella Sæculorum.

VII. Sæculum MONOTHELETICUM. p. 123
Scriptores LXXIX.

VIII. Sæculum EICONOCLASTICUM. p. 137
Scriptores XLV.

IX. Sæculum PHOTIANUM. p. 148
Scriptores CXIV.

X. Sæculum OBSCURUM. p. 173
Scriptores XLIV.

XI. Sæculum HILDEBRANDINUM. p. 184
Scriptores LXXXVII.

XII. Sæculum WALDENSE. p. 203
Scriptores CLVII.

XIII. Sæculum SCHOLASTICUM. p. 235
Scriptores CXI.

XIV. Sæculum WICKLEVIANUM. p. 263
Scriptores CXX.

XV. Sæculum SYNODALE. p. 290
Scriptores CLXI.

XVI. Sæculum REFORMATUM. p. 330
Scriptores XXVIII.

ELEN-

ELENCHUS Autorum, Scriptorumque, una cum editionibus, quibus in condendo hoc opere usi sumus.

A.

Ntonius Alegre.

Paradisus Carmelitici decoris, *Lugd.* 1639. f.

Leo Allatius.

De Ecclesiæ occidentalis & Orientalis perpetua consensione libri tres, *Colon.* reverd, *Amstelod* 1648. 4°.

De libris Ecclesiasticis Græcorum dissertationes duæ, *Par.* 1645. 4°.

De Scriptis Symeonum Diatriba. *Par.* 1664. 4°.

Eustathii Antiocheni opera ab eo edita, *Lugd.* 1629. 4°.

Græciæ Orthodoxæ Tom. 2. *Rom.* 1652, 1659. 4°.

De Ecclesiæ Occid. & Orient. consensione in dogmate de Purgatorio, *Rom.* 1655. 8°.

H. Hottingerus Fraudis & Impoſturæ convictus. *Rom.* 1661. 8°.

De octava Synodo Photiana Liber. *Rom.* 1662. 8°.

De Pſellis, & eorum Scriptis Diatriba. *Rom.* 1630. 4°.

Apes urbanæ, ſive de viris illuſtribus, &c. *Rom.* 1633. 8°.

Symmicta, ſive opuſcula, &c. gr. lat. *Colon.* (i. e.) *Amſtelod.* 1653. 8°.

Petrus Arcudius.

Opuſcula Aurea Theologica, gr. lat. *Rom.* 1630. 4°.

Auctuarium Bibliothecæ Patrum gr. lat. 2 vol. *Par.* 1624. f.

Ambroſius de Altamura.

Bibliotheca Dominicana, *Rom.* 1677. f.

Nicolaus Antonius.

Bibliotheca Hiſpana, ſive de Scriptoribus qui ab an. 1500. floruerunt, &c. 2 vol. *Rom.* 1672. f.

Auguſtinus Florentinus.

Hiſtoria Camaldulenſis, *Florent.* 1575. 4°.

B.

Stephanus Baluzius.

Nova Collectio Conciliorum, *Par.* 1683. f.

Miſcellanea, h. e. Collectio veterum monumentorum, &c. 4. Tom. *Par.* 1679. & ſeqq. annis, 8°.

Edidit etiam, & notis illuſtavit Salvianum, Reginonem, Agobardum, Capitularia, &c.

Co-

Cæsar Baronius.

Annales Ecclesiastici XII. Tom. *Antw.* 1612. f.

Martyrologium, *Antw.* 1589. f.

L. de la Barre.

Historia Christiana vett. Patrum, *Par.* 1583. f.

Gaspar Barthius.

Edidit Claudianum, Gallum, &c.

Joannes Baleus.

Illustrium Angliæ Scriptorum Catalogus, *Bas.* 1559. f.

Guilielmus Beveregius.

Pandectæ Canonum gr. lat. 2 vol. *Oxon.* 1672. f.

Theodorus Beza.

Edidit Theodorum de incarnatione Domini gr. l. *Genevæ* 1576. 4°.

Franciscus Bivarus.

Dextri Chronicon cum notis edidit, *Lugd.* 1627. f.

Bibliotheca Patrum editionis novissimæ, XXVII. vol. *Lugd.* 1677. f. N. B. nos hanc editionem securos esse, tum quod cæteris copiosior sit, tum quod optimas Scriptorum Occidentalium editiones notis illustratas ubique exhibet.

Marg. Bignæus.

Appendix ad B. PP. qua Poetæ Christiani, tum Græci, tum Latini continentur. *Par.* 1624. f.

Bibliotheca Claudacensis, Par. 1614. 4°.

Rob. Bellarminus.

De Scriptoribus Ecclesiasticis, *Par.* 1658. 8°.

Jacobus Bonfrerius.
Eusebius de locis Hebraicis gr. l. cum notis, *Par.* 1659. f.
Ægidius Bucherius.
De doctrina Temporum, *Antw.* 1634. f.
Joan. a Bosco.
Bibliotheca Floriacensis, *Lugd.* 1605. 8°.
Janus Boisardus.
Icones illustrium virorum IV. Tom. *Francof.* 1597. &c. 4°.

C.

Hen. Canisius.
Antiquæ Lectiones Tom. 6. *Ingolst.* 1601, &c. 4°.
Joan. Chapeavillus.
Rerum Leodicensium Historia, *Leod.* 1612.
Andreas du-Chesnius, sive *Quercitanus.*
Rerum Francicarum Scriptores, Tom. 5. *Par.* 1636, 1649. f.
Rerum Normannicar. Scriptores, *Par.* 1619. f
Claudius Cossardus.
Edidit Reinerium de Catharis & Leonistis, *Par.* 1548.
Isaacus Casaubonus.
Exercitationes ad Annales Baronii, *Lond.* 1614. f.
P. Fr. Chiffletius.
Bedæ Historia Ecclesiastica, *Par.* 1681. 4°.
Joan. Bapt. Catumsyritus.
Vera utriusque Ecclesiæ Sacramentorum Concordia. *Ven.* 1632. 4°.
Ludov. Cellotius.
Hincmari Opuscula aliquot. *Par.* 1658. 4°.

Fran-

Franciſcus Combefis.
Bibliothecæ Patrum Græco-lat. Auctuarium novum, 2 vol. *Par.* 1648. f.
Auctuarium Noviſſimum gr. l. *Par.* 1672. f.
Originum CP. Manipulus gr. l. *Pariſ.* 1664. 4°.
Edidit item Andream Cretenſem, Amphilochium, &c.
Concilia Maxima, Editionis noviſſimæ, per Labbeum & Coſſartium, XVIII. vol. *Par.* 1672. f.
J. Bapt. Cotelerius.
Patres Apoſtolici gr. lat. cum notis, *Par.* 1672. f.
Eccleſiæ Græcæ monumenta. 2 vol. *Par.* 1677, 1681. 4°.
Martinus Crucius.
Turco-Græcia gr. l. *Baſ.* 1584. f.

D.

Lucas Dacherius.
Veterum aliquot Spicilegium. vol. 13. *Par.* 1665. & ſeqq. annis 4°.
Edidit item Lanfrancum, Guibertum, &c.
Mart. Del-Rio.
Edidit Orentii Commonitorium, &c.
Henricus Dodwellus.
Diſſertationes Cyprianicæ, *Oxon.* 1684. 8°.
Theodorus Douza.
Edidit Georgium Acropolit. cum veroſine & notis *L. Bat.* 1614. 8°.

E.

Joannes Eichelius.
Procopii Hiſtoria Arcana gr. lat. cum Animadverſionibus, *Helmſtad.* 1654. 4°.

F.

Georgius Fabricius.

Poetas Christianos veteres collegit, & edidit. *Bas.* 1564. 4°.

Franciscus Fenardentius.

Irenæum, Ildefonsum, &c. cum notis edidit.

Marquardus Freherus.

Rerum Germanicarum Scriptores, 3. vol. *Francof.* 1600. f.

Chronologia Juri Græco-Romano præmissa.

Carolus du-Fresne.

Edidit Cinnamum cum notis historicis & Philologicis, notasque addidit in Niceph. Bryennium.

Joannes Forbesius.

Instructiones Historico Theologicæ *Amstel.* 1645. f.

Valent. Forsterus

Historia juris Civilis, *Genev.* 1609. 8°.

G.

Jacobus Gaddius.

De Scriptoribus non-Ecclesiasticis, 2. vol. f. *Florent.* 1648. & *Lugd.* 1649.

Joannes Garnerius.

Edidit Theodoriti Tomum quintum, Marii Mercatoris opera, cum notis & dissertationibus, Liberati Breviarium, &c.

Conradus Gesnerus.

Edidit Antonium Melissam, gr. lat. *Tigur.* 1546. f.

Jacobus Gretserus.

Edidit 3. Tomos de Cruce. *Ingolst.* 1616. f.

Item Theodorum Abucaram, Simeonem, &c.

Ja-

Jacobus Gothofredus.

Philoſtorgium gr. lat. cum diſſertationibus edidit, *Genevæ* 1643. 4°.

Geographia Nubienſis, Par. 1619. 4°.

Richardus Gibbonus.

Ailredi opera Theologica edidit. *Duac.* 1631.

Melchior Goldaſtus.

Monarchia S. imperii Romani. 3 vol. *Hanov.* 1612. f.

Centuria *Epp.* Philologicarum, *Francof.* 1610. 8°.

Geſta Dei per Francos, ſive Orientalium Expeditionum Scriptores a Bongarſio collecti & editi. 2 vol. *Hanov.* 1611. f.

Hugo Grotius.

Hiſtoria Gothorum, &c. *Amſtel.* 1655. 8°.

H.

Petrus Halloix.

Illuſtrium Eccleſiæ Orient. Scriptorum vitæ, 2 vol. *Duac.* 1633. f.

Martinus Hankius.

De Scriptoribus Byzantinis, *Lipſ.* 1677. 4°.

Hebed-Jeſu.

Catalogus librorum Chaldæorum, cum notis Abr. Ecchellenſis. *Mogunt.* 1655. 8°.

Lucas Holſtenius.

Diſſertatio de vita & ſcriptis Porphyrii ad calcem Porph. de Abſtinentia.

Edidit item Codicem Regularum, &c.

David Hoëſchelius.

Edidit Græcè cum notis Photii Bibliothecam, Adriani Iſagogen, &c.

Joannes Hallervordus.

Spicilegium de Hiſtoricis Latinis. *Jenæ.* 1672. 8°.

Joan. Hen. Hottingerus.

Bibliotheca Orientalis, *Tigur.* 1660. 4°.

Hiſtoria Eccleſiaſtica 9. vol. *Tig.* 1651. & ſeqq. annis. 8°.

I.

Ludovicus Jacob à S. Carolo.

Bibliotheca Pontificia. *Lugd.* 1643. 4°.

Chriſtophorus Juſtellus, Pater.

Photii Nomocanon, gr. lat. *Par.* 1615. 4°.

Henricus Juſtellus fil. & *Guilielmus Voellius.*

Bibliotheca Juris Canonici veteris gr. l. 2 vol. *Par.* 1661. f.

Joannes Jonſius.

De Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ, *Francof.* 1659. 4°.

Thomas James.

Ecloga Oxonio-Cantabrigienſis. *Lond.* 1600. 4°.

M. Fl. Illyricus.

Catalogus Teſtium veritatis. *Argentin.* 1562. f.

L.

Philippus Labbeus.

Nova Bibliotheca MSS. Librorum, 2 vol. *Par.* 1657. f.

Nova Bibliotheca MSS. Librorum, ſive ſpecimen Antiquarum Lectionum. *Par.* 1653. 4°.

Conſpectus novæ Editionis *Opp.* Damaſceni, *Par.* 1652. 4°.

Diſſertatio de Scriptoribus Eccleſiaſticis, 2 vol. *Par.* 1660. 8°.

Petrus Lambecius.

Comment. de Bibliotheca Vindobonenſi, *Vien.* 1665, &c. f.

Origines Hamburgenſes, 2. vol. *Hamburg.* 1652, &c. 4°.

Chriſtianus Lupus.

Epiſtolæ Patrum de Concilio Epheſino cum Scholiis & notis, *Lovan.* 1682. 4°.

J. Ant. Vander Linden.

De ſcriptis Medicis, *Amſtel.* 1662. 8°.

Joannes Launoius.

Gymnaſii Navarrenſis Hiſtoria, 2 vol. *Par.* 1677. 4°.

M.

Joannes Mabillonius.

Analecta vetera, 4 vol. *Par.* 1675. & ſeqq. annis. 8°.

Acta Benedictinorum, per varia Sæcula, vol. 5. *Par.* 1668. & ſeqq. annis. f.

Petrus Martyr.

Defenſio Euchariſtiæ adv. Gardinerum, *Tigur.* 1559. f.

Loci Communes, *Genev.* 1624. f.

Micropresbyticum veterum quorundam brevium Theologorum, *Baſ.* 1550. f.

Hugo Menardus.

S. Barnabæ Epiſtola cum notis, *Par.* 1644. 4°.

Joannes Meurſius

Edidit *Opp.* Conſtantini Porphyrogen. &c.

Aubertus Miræus.

Bibliotheca Eccleſiaſtica; ſive Hieronymus, Gennadius, Ildefonſus, &c. cum notis, & Auctuario, *Antw.* 1639. f.

Joannes Morinus.

De Pœnitentia. *Antw.* 1681. f.

Henricus Meibomius.

Opuſcula Hiſtorica. *Helmſtad.* 1660. 4°.

Richardus Montacutius.

Edidit Photii *Epp.* Euſebium adv. Marcellum, &c. gr. l. cum notis.

Arthurus du-Monſtier.

Neuſtria Pia. *Rothom.* 1663. f.

Joannes Imperialis.

Muſæum Hiſtoricum, *Ven.* 1640. 4°.

N.

Laminius Nobilius.

Fragmenta veterum Interpret. Græc. Bibl. Walton. T. 6. & alibi.

O.

Orthodoxographa S. Patrum Monumenta, 2 vol. *Baſ.* 1569. f.

P.

Henricus Pantaleon.

De viris illuſtribus Germaniæ, *Baſ.* 1565. f.

Joannes Pappus.

Libellus Synodicus gr. l. cum notis, *Argentorat.* 1601. 4°.

Dionyſius Petavius.

Epiphanium, Syneſium, &c. græc. lat. cum notis edidit.

Paulus Petavius.

Syntagma de Nithardo, *Par.* 1613. 8°.

Jacobus Petit.

Theodori Pœnitentiale cum notis & diſſertationibus. Tom. 1. *Par.* 1677. 4°.

Joannes Picardus.

Edidit Gulielmum Nubrigenſem cum notis, *Par.* 1610. 8°.

Pe-

Petrus Pithœus.
Scriptores Coætanei XII. *Francof.* 1594. 8°.
Antonius Poſſevinus.
Apparatus ſacer, 2 vol. *Colon.* 1608. f.
Edvardus Pocokius.
Eutychii Annales Arab. & Lat. *Oxon.* 1659. 4°.
Joannes Pearſonus.
Vindiciæ Epiſtolarum S. Ignatii. *Cantab.* 1672. 4°.
Michael Pocciancius.
Catalogus Scriptorum Florentinorum, *Florent.* 1588. 4°.
Æmilius Portus.
Edidit Suidam gr. lat. 2. vol. *Genev.* 1619. f.
Photii Bibliotheca, gr. l. *Rothom.* 1653. f.
Joannes Pitſeus.
De illuſtribus Britanniæ Scriptoribus. *Par.* 1619. 4°.
Vincentius Placcius.
De Scriptoribus Pſeudonymis. *Hamburg.* 1674. 4°.
Joſeph. Pamphilus.
Chronica Fratrum Eremitarum S. Auguſtini. *Rom.* 1581. 4°.
Antonius Pagi.
Diſſertatio Hypatica, ſeu de Conſulibus Cæſareis. *Lugd.* 1682. 4°.

Q.

Joſephus Queſnellius.
Edidit Leonis M. *Opp.* cum notis & diſſertationibus, 2 vol. *Par.* 1676. 4°.

R.

Theophilus Raynaudus.
Erotemata de bonis & malis libris. *Lugd.* 1653. 4°.
Anſelmi *Opp. Lugd.* 1630. f.
Matthæus Raderus.
Petri Siculi Hiſtoria de Manichæis, gr. lat. *Ingolſt.* 1604. 4°.
Juſtus Reuberus.
Rerum Germanicarum Scriptores. *Francof.* 1584. f.
Hieronymus Rubeus.
Hiſtoria Ravennat. *Ven.* 1590. f.
Petrus Roverius.
Hiſtoria Reomenſis, *Par.* 1637.
Herbertus Roſweydus.
Hiſtoria Eremetica, ſeu vitæ PP. *Antw.* 1628. f.
Nicolaus Rigaltius.
Tertullianum, Cyprianum, &c. edidit.
Conradus Ritterhuſius.
Iſidori Peluſiotæ *Epp.* libri quatuor, gr. lat. cum notis. *Heidelb.* 1605. f.
Nicolaus Reuſnerus.
Epp. Turcicæ. *Francof. ad Moenum.* 1598. 4°.

S.

Henricus Savilius.
Chryſoſtomi *Opp.* Græcè edidit 8. vol. *Eton.* 1611. f.
Chriſtophorus Sandius.
Notæ ad Voſſium de Hiſtoricis latinis. *Amſtel.* 1677. 12°.
Andreas Schottus.

Iſid.

Isid. Pelus. *Epp.* lib. quintum, gr. l. cum notis edidit, *Francof.* 1629. f.

Antonius Scipio.

Elogia Abbatum Cassinensium. *Neap.* 1643. f.

Joannes Seldenus.

De Synedriis, 3. vol. *Lond.* 1650, &c. 4°.

Josias Simlerus.

Bibliotheca Gesneri contracta & aucta. *Tigur.* 1574. f.

Jacobus Sirmondus.

Veterum opuscula dogmatica 5. *Par.* 1630. 8°.

Anastasii Collectanea, *Par.* 1620. 8°.

Eusebii Pamph. Opuscula XIV. *Par.* 1643. 8°.

Theodulphi *Opp. Par.* 1646. 8°.

Edidit item Sidonium, Alcim. Avitum, Facundum Hermian. Ennodium, Eugenium, Flodoardum, Hincmarum, &c.

Henricus Spelmannus.

Vita Ælfridi. *Oxon.* 1678. f.

Petrus Steuartius.

Auctuarium ad Canisii lectiones antiquas, *Ingolst.* 1616. 4°.

Simon Schardius.

Rerum Germanicarum Scriptores, *Giess.* 1673. f.

Scriptores de potestate imperiali & sacerdotal. *Bas.* 1566. f.

Scriptores de arte Cabalistica. Bas. 1550. f.

Laurentius Surius.

Vitæ Sanctorum ex probatis authoribus 4 vol. *Col.* 1617. f.

Fr. Sweertius.

Atho-

Athenæ Belgicæ. *Antw.* 1628. f.

Sixtus Senenſis.

Bibliotheca Sancta. *Col.* 1586. f.

Scriptores de officiis & myſteriis divinis per Melch. Hittorpium editi. *Par.* 1610. f.

Fredericus Sylburgius.

Saracenica, gr. l. *Heidelb.* 1594. 8°.

T.

Joannes Tilius.

Libri Carolini adv. Secundam Synodum Nicenam. *Par.* 1549. 8°. *Francof.* 1608. 8°.

Cornelius Tollius.

Cinnamum gr. l. cum notis edidit *Ultraject.* 1652. 4°.

J. Ph. Tomaſinus.

Illuſtrium virorum elogia, *Patav.* 1630. 4°.

Bibliothecæ Patavinæ MSS. publicæ & privatæ. *Utini* 1639. 4°.

Joannes Trithemius.

De Scriptoribus Eccleſiaſticis. *Par.* 1512. 4°.

V.

Henricus Valeſius.

Euſebii, Socratis, &c. Hiſtoriam Eccleſiaſticam, gr. lat. cum notis edidit.

Excerpta ex Collectaneis Conſtantini Porphyr. gr. l. cum notis. *Par.* 1634. 4°.

Chriſtianus Urſiſius.

Rerum Germanicarum Scriptores, 2 vol. *Francof. ad Mænum*, 1670. f.

Ger. Joan. Voſſius.

De

De Hiſtoricis Græcis, *L. Bat.* 1651. 4°.
De Hiſtoricis Latinis. *L. Bat.* 1651. 4°.

Gerardus Voſſius Tongrenſ.

Gregorii Thaumaturgi *Opp.* gr. lat. cum notis edidit. *Magunt.* 1604. 4°.

Carolus de Viſch.

Bibliotheca Scriptorum Ciſtercienſium. *Colon.* 1656. 4°.

Jacobus Uſſerius.

S. Ignatii *Epp.* gr. lat. cum notis. *Oxon.* 1644. 4°.
Appendix Ignatiana. *Lond.* 1647. 4°.
De Britannicarum Eccleſiarum Primordiis. *Dublin.* 1639. 4°.
Veterum *Epp.* Hibernicarum Sylloge. *Dublin.* 1632. 4°.
Hiſtoria Gotteſchalci. *Hannov.* 1662. 8°.

W.

Jacobus Waraus.

Comment. de Præſulibus Hiberniæ. *Dublin.* 1664. f.
De Scriptoribus Hiberniæ. *Dublin.* 1639. 4°.

Abrahamus Wheloeus.

Bedæ Hiſtoriam Eccleſiaſticam Saxonicè & latinè cum notis edidit. *Cantab.* 1643. f.

Arnoldus Wion.

Lignum Vitæ. *Ven.* 1595. 4°.

Joannes Wolphius.

Lectiones Memorabiles, 2. vol. *Laving.* 1600. f.

*Luc*as *Wadingus.*
Annales Minorum Tom. 1, 2, &c. *Lugd.* 1625. & seqq. annis. f.

Plures fortasse Scriptores in hoc libro citatos reperiet Lector, quos festinantis Typographi manus notare non permisit.

ERRATA.

IN Præf. pag. 6. lin. 17. leg. *dis-* p. antepenult. post, *hodie*, adde, *screvimus.* In Libro p. 31. l. 25. l. *forules.* p. 113. l. 32. *adde*, C. p. 117. refer *Cent.* 14. p. 189. in Marg. ad *Baleum.* p. 144. l. 3. leg. *Tilio.* p. 198. l. 11. l. *to.* p. 200. l. 13. l. *Methontnsis.* p. 201. l. 20. l. *afficta.* p. 240. l. 2. l. *Normannia.* p. 282. l. 21. l. *Codini.* p. 323. l. 22. l. *alios.* p. 335. l. 34. l. 1516.

N. B. Fastidius Britannus (de quo egimus Pag. 81.) scripsit librum *de Vita Christiana*, Teste Gennadio c. 56. ex quo duos libros facit Gennadius, quatuor Baleus, Pitseus, aliique: hunc paucis abhinc annis à L. Holstenio editum esse, libello nostro jam ad umbilicum perducto, nuperrimè deprehendi.

AD

AD
AUTOREM.

Θειολόγων τρεφθεῖσα πάλαι καθαρῶς ὑπ' ἀμέμπτων,
Παρθένος οἷ' ἄγαμος, δῖα σαοφροσύνη
Δοξοσόφων τάχα ὑψιρεφῆ φιλόπευστος ἐς οἶκον
Φεῦγε λιποῦσα σοφοὺς, καὶ μένε δὴν ἀτυχὴς,
Τῶν μὲν ἀληθείας ἐχθρῶν, ἐρίδων τε φιλητῶν,
Μυοδιηθούντων, πάντα ματοπόνων.
Επτάλοφον δ' ὡς εἶδε πόλιν μάλα πορφυρόεσσαν,
Κειραμένων τε λόχους χρηματομισοπρατῶν,
Καὶ κολοβὴν ἐσθῆτα νέων διαμαρτυρεόντων
Πώγωνος σκωπτὴν ἐς πόδα κεκλιμένου,
Τῶν δ' ἄλλων φρένα κερδαλέαν, καὶ ὑπόκριτον ὄμμα
Κερκώπων ἀγλαὸν τέρνομα ψευδομένων,
Ἱστορίαστε, γραφάστε παλαιὰς σεμνολογούντων,
Τέθμια καὶ Βασιλέων, καὶ συνόδων κανόνας.
Πῦρ μοναχοὺς φυσᾷν ἐκέλευσε καθαρκτικὸν, ἄλλους
Τῷ πώγωνι στρεβλοῦν εἵματα ἰσόμετρα,
Ἐς τ' ἀΐδαο πύλας ὑπεπέμπουσ' ἀγκυλομήτας
Αντρέφεται μαλακῶς παντοδαπῇσι σκιαῖς.
Φάσμασιν ἐμπιμέλοις, καὶ σιτευτοῖσιν ὀνείροις,
Δαισί τε ἠερίοις ἐν Νεφοκοκκυγίᾳ,
Μυθάριόν που Λυκιανοῦ κυνὸς εὖ μάλ' ἀληθὸς,
Καὶ μεταμορφώσεις θέσμιον ἀτρεκίας.

'Αυ-

Ad Autorem.

Ἀυτή δὴ καμάτων ὑπὸ τούτων πολλὰ κοπωθεὶς
Ἐς κραδίαν συνεχῶς ἤλυθεν ὑμμετέραν
Δῖε ἄνερ, τελέως σοφίαν μεμυημέν' ἀρίστην,
Τῆς νῦν, τῆσδε πάλαι ἱστορίας βασιλεῦ,
Ἀρχὲ φιλαρχαίων, πατέρων φίλε, δεινὲ δικαστὰ,
Γνήσιος εἶμεν τίς, τίς νόθος εἶδε βίβλος.
Σοῦ δὲ πόθ' ἡ μεγάλαυχος ὀπιστροφάδην ὑπὸ πειθοῦς
Πάτρις ἐδουλώθη ἰσοθέου στόματος,
Καὶ μετά σου ἔσεται, ἕως ὀρανὸν αὖ ἐφοδεύσει,
Πήλιον οὐκ Ὄσσῃ ὑψίβατον θεμένη,
Ἀλλὰ τέοις μὲν ἐπαιρομένη ἐς Ὄλυμπον ἐπ' ὤμοις,
Δοξοσόφων εἷς πῶ οὐδέποτ' οὐδ' ἔπεται.

Σὸς καθδύναμιν,

AB. SELLERUS.

Imprimatur.

Joannes Battely RR^mo. D^no. Guilielmo Archiep. Cantuar. à Sacris Domesticis.

Ex Ædibus Lamb.
Julii XVIII.
MDCLXXXV.

SÆC.

Sæculum Apostolicum.

Conſpectus Sæculi.

NAſcitur hoc ſæculo Dominus noſter, verus Meſſias, ad Evangelium annunciandum, & humanum genus redimendum ἐξαποσταλεὶς miſſus. Eo demum in cœlos recepto, XII. Apoſtoli mirificis Spiritus S. donis ornati, in varias orbis terrarum provincias ſe conferunt, a quibus Evangelium prædicatur, fundantur Eccleſiæ, non modò in Syria, verum Romæ, Alexandriæ, &c. D. Paulo etiam ἐπὶ τὸ πέρμα τῆ Δύσεως ἐλθόντι, teſte Clemente ad Corinth. Num. v. Britanniam ſubinnuente, ſaltem Hiſpaniam. Libri N. Teſtamenti συνταχθεὶ partim ab ipſis Apoſtolis, partim a ſociis eorum ac miniſtris, ſcriptis traduntur. In concilio Hieroſolymitano Chriſtianos e gentibus converſos ad ritus Moſaicos obſervandos non teneri, ſententia fertur. Qua non obſtante, obſervationes Judaicas Chriſtianiſmo miſcent hæretici Ebionitæ, quibus in pleriſque accedunt Nicolaitæ, Cerinthiani, &c. Simonis Magi infelix ſoboles. Captis & combuſtis a Tito Hieroſolymis an. Chr. LXX. tota Judæorum politia tum ſacra tum civilis radicitus evellitur, ipſa gente pene deleta. Prima perſecutio

Sæc. I. a CHR. N.

Sæc. I. a CHR. N. secutio a Nerone adv. Christianos excitata an. Chr. LXIV. de qua Euseb. l. 2. c. 25. Secunda sub Domitiano an. XCV. de qua id. l. 3 c. 17.

SCRIPTORES.

JESUS CHRISTUS, Dei ab æterno filius, Θεάνθρωπος, natus est ex Usserii calculo An. M. 4000. æræ vulgaris 4004. baptizatus an. ætat. 30 cruci pro salute humani generis affixus an. 34. Inter scriptores Ecclesiasticos familiam ducit, non tam propter θεοπνευστὰ Evangelia, magnam partem ipsius ore prolata, integre Spiritu ejus dictante conscripta, quam ob celebrem illam ad Abgarum Edessenum Epistolam, ὀλιγόστιχον μ̄, πολυδύναμόν δε (ut Eusebii verbis utar) ex Archivis Edessenis depromptam. E. gr. l. ap. Euseb. l. 1. c. 13. DUB.

S. PETRUS, Galilæus, Bethsaida oriundus, ad munus Apostolicum a Domino vocatus, an. Chr. 31. Romæ inverso capite crucifixus, an. 67. rectiùs quidem meo judicio 65. sub initium persecutionis Neronianæ, ut in opere vernaculo de vitis Apostolorum fusiùs disseruimus. E. *Epp.* duæ, quarum secunda propter styli cum priore dissonantiam (ut tradit Hieronymus *) diu in S. Scripturæ Canonem non erat admissa: ὅμως δὲ πολλοῖς χρήσιμος φανεῖσα, μετὰ τῶν ἄλλων ἐσπουδάσθη γραφῶν, inquit Eusebius (*b*), *cum verò utilis esse videretur quamplurimis, una cum reliquis S. Scripturæ libris studiose lectitata est.* De Scriptis spuriis S. Petro suppositis agit Eusebius loco cit.

S. PAU-

* *De Script. c. 1.*

(*b*) *Lib. 3. c. 3.*

S. Paulus, Tarsensis, de Tribu Benjamin, Secta Pharisæus, ad fidem conversus an. 34. (rejiciunt id alii in an. Chr. 41.) Romæ jussu Neronis, capite truncatus an. 67. seu potiùs 65. E. *Epp.* XIV. Scripta ejus abundant hyperbatis, quod notavit olim Irenæus (*a*). SEC. I. a CHR. N.

(*a*) *Lib.* 3. *c.* 7.

S. Matthæus, forsan Galilæus, ex Publicano factus Apostolus an. 31. dein & Evangelista: Martyrium passus est, an. circiter 60. E. ejus *Evangelium*, ab eo primitus Hebraice conscriptum ut miro sane consensu tradunt veteres.

S. Jacobus, Minor, cognomento *Justus*, frater Domini, ab an. 31. Apostolus. an. 34. primus Hierosolymorum Episcopus ordinatus, δεσποινῇ τῇ χειρὶ inquit Photius (*b*), seu potius Domino Apostolorum manus dirigente. Tandem procurante Anano pontifice Martyrio coronatus est an. 61. E. *Ep.* unica, de qua vid. Euseb. l. 2. c. 23. & Hier. de Script. c. 2. & προτευαγγέλιον, gr. l. in Orthodoxog. *Bas.* 1569. Sed Sp.

(*b*) *Epist. CXVII.*

S. Judas, Jacobi Frater, Apostolus factus an. 31. Martyrium in Persida subiit circa an. 61. E. *Ep.* unica, post D. Petri posteriorem scripta, cujus non minus quam Jacobi pauci admodum ex vetustioribus meminerunt, teste Eusebio l. 2. c. 23. vid. Hier. c. 4.

S. Joannes, Galilæus, Zebedæi Filius, ab an. 31. Apostolus & Evangelista, sub Domitiano in Patmon relegatus; ob. Ephesi an. circ. 99. E. *Evangelium*, *Apocalypsis*, *Epp.* III. de quibus vide quæ habet Euseb. l. 3. c. 24, 25. l. 7. c. 25.

SÆC. I. A CHR. N. NICODEMUS, Phariſæus, inter Primores Judæorum clarus, dein Chriſti Diſcipulus, clar. ab an. 34. E. ejus *Evangelium* de Paſſione & Reſurrect. Chriſti. Lat. in Orthodoxogr. p. 643. Sp.

S. BARNABAS, *Joſes* ſeu *Joſeph* prius dictus, Patria Cyprius, Levites, dein Diſcipulus, & Gentium Apoſtolus. clar. poſt an. 34. in Cypro, ut videtur Martyr factus, quo anno N. L. E. gr. l. *Ep. Catholica* ſtilo ſatis obſcuro & involuto, & in quæſtionibus & ritibus Judaicis pene tota verſatur. E tenebris eam primus eruit, & notis doctiſſimis illuſtravit H. Menardus *Par.* 1644. 4. E. etiam gr. l. *Oxon.* 1685. 12°. D. Aſcriptam ei olim fuiſſe Epiſtolam ad Hebræos ex Tertulliano (*a*) liquet.

(*a*) *De pudicit. c.* 20.

PHILO, ortu Judæus, Gente Alexandrinus, familia Sacerdos, Schola Platonicus, an. 40. Æræ vulgaris 42. Princeps legationis Judaicæ, Romam ad Caligulam miſſus eſt; cùm ſecundâ vice veniſſet ad Claudium, cum Petro Apoſtolo ſermonem habuit, ejuſque coluit amicitiam, Teſte tum Hieronymo (*b*), tum Photio (*c*) Subdit Photius, qua autoritate ductus non liquet, Philonem Chriſtianis etiam ſacris initiatum, ab iis διὰ τίνα λύπην, ἢ ὄρεξιν tandem deſciviſſe. E. ejus opera gr. l. *Par.* 1640. f.

(*b*) *De Script. eccl.* 11.

(*c*) *Cod.* 105.

S. MARCUS, Genere Levites, Petri Diſcipulus & Interpres, clar. poſt an. 40. Primus Alexandriæ Epiſcopus, ibique Martyr an. 62. aut aliquantò ſeriùs. E. ejus *Evangelium*, in quo condendo D. Matthæi ordinem ſequitur, ejuſque additis nonnullis fere ubique premit veſtigia. S. Lu-

S. Lucas, Antiochenus, ex Medico Chriſtianus & Evangeliſta, ab an. 49. Pauli Comes & aſſecla, ob. circ. an. 70. 84. annos natus. E. *Evangelium, & Acta Apoſtolorum* Sermone comptiori, & qui magis ſæcularem redolet eloquentiam. Sæc. I. a CHR. N.

Dionysius Areopagita, Athenienſis, an. 50. ad fidem converſus, Primus Atheniarum Epiſcopus, ſub Domitiano Martyrio illuſtris. An quicquam ſcripſerit N. L. de Pſeudo-Dionyſio. vid. Sæculum IV.

Marcellus, Romanus, Marci Urbis præfecti filius, B. Petri diſcipulus, clar. ut fertur, an. 50. & deinceps, demum Martyrio coronatus. Sed fabuloſa omnia, nullo veteri auctore fulta. E. Fr. libelli *de conflictu S. Petri cum Simone M.* ad calcem Biblioth. Pontif. L. Jacob. p. 487. Sp. ſi tanti res eſſet, ego potius hunc libellum Marcello I. ab an. 304. Epiſc. Romano, qui ob. an. 309. tribuendum eſſe exiſtimarem.

Achaiæ Presbyteri, qui Martyrio S. Andreæ Apoſtoli interfuerunt an. 59. Epiſtolam de ejus Paſſione ſcripſiſſe dicuntur. E. Lat. apud Sur. Novemb. XXX. Sp.

Abdias, ortu Judæus, e LXX. Diſcipulis unus, tandem, Babyloniæ Epiſcopus vixiſſe dicitur an. 60. Sed nugæ omnia. E. Lat. *Hiſtoria Apoſtolorum*, 1551. in 8°. & alibi ſæpius. Sp.

Linus, Patria Tuſcus, ab an. 65. vel 67. Epiſc. Romanus, paſſus eſt an. 78. E. Libri II. *de Paſſione SS. Petri & Pauli*, gr. l. in Orthodoxog. Edit. I. *Lat.* B. PP. T. II.

Sæc. I. p. CHR. N.

Hermas, *Paſtor* dictus, veteribus idem, de quo Paulus Rom. 16. 14. clar. circ. an. 67. ob. an. 80. E. Lat. ex antiquâ verſione ſub ejus nomine liber, qui 4. viſiones, 12. mandata, & 10. ſimilitudines complectitur, inter Patres Apoſtolicos a Cottelerio editos *Par.* 1672. f. & *Oxon.* 1685. 12. Quiſquis Auctor ſit, exeunte hoc ſæculo ſcripſiſſe videtur.

Fl. Joſephus, nobilis Hebræus, ex Genere ſacerdotali, & prima vice ἀρχιερατεύων, maternum genus ex regia Haſmonæorum familia ducens, Hieroſolymis natus, an. 37. Secta Phariſæus, a Romanis captus an. 67. Scripſit adhuc an. 94. E. *Opp.* ejus gr. l. *Genev.* 1611. 1634. f. Gr. *Baſ.* 1544. f.

Martialis, Lemovicum Epiſcopus, a S. Petro in Galliam miſſus, clar. ab an. 67. obiiſſe dicitur an. 74. verùm incerta omnia, quin & fabuloſa. Alii igitur illum ad tertium Sæculum revocant. E. *Epp.* 11. B. PP. T. 11. Sp.

Prochorus, Barnabæ, ut volunt, conſobrinus, unus e VII. Diaconis, S. Joannis Auditor, & Diſcipulus, clar. circ. an. 70. E. *Hiſtoria de Joanne Evangeliſta*, gr. l. in Orthodoxograph. *Baſ.* 1569. Sp.

Justus a Tiberiade, Galilæus, Piſti filius; clar. an. 90. & ſcripſit adhuc an. 100. Hucuſque etenim perduxit Chronicon Regum Judæorum, qui coronati fuerunt. Edidit etiam commentarios de bello Judaico. Hunc Joſephus acriter carpit. Scripta ejus N. E. de quibus præter Joſephum vid. Phot. Cod. XXXIII.

Cle-

CLEMENS, Patria Romanus, Pauli comes & Συνεργὸς, Eccleſiæ Romanæ, quæ ex Judæis collecta erat, ab an. 65. vel 67. ut videtur, Epiſcopus; tandem circa an. 91. Mortuo jam Lino, & Cleto, in totius Eccleſiæ Romanæ curam ſucceſſit. ob. exul & Martyr in Cherſoneſo Pontica an. 102. E. gr. l. *Ep. ad Corinthios*, & Fr. ſecundæ Epiſtolæ; ſeu potius Homiliæ cujuſdam *Oxon.* 1633. 4°. & 1677. 12°. Reliqua ſcripta, quæ in Patribus App. Cottelerii *Par.* 1672. habentur, Sp. Sæc. I. a CHR. N.

SÆCULUM GNOSTICUM.

Conſpectus Sæculi.

INvaleſcit Chriſtiana Religio, non paucis ex illuſtrioribus gentilibus ad fidem converſis, J. Martyre, Theophilo Antiocheno, &c. qui oblatis pro Chriſtianis eorumque cultu Apologiis, ſanctiſſimam religionem ab Ethnicorum calumniis ſtrenue vindicant. Turpiſſima Gnoſticorum hæreſis, Valentiniani, Carpocratiani, Menandriani, Marcionitæ, &c. Scholæ Simonianæ ex præcedenti ſæculo propagines, latiùs ſe diffundunt. Succedunt hæreſes Tatiani, Montani, Theodoti, ut alias impuriſſimas ſectas taceam. S. Biblia non unâ vice ex Hebræâ in Græcam Linguam transfunduntur. Ceſſantibus Hieroſolymorum Epiſcopis, qui huc uſque Sæc. II. ab An. C.

Sæc. II. ab An. c. ex circumciſione fuerant, primus ex gentibus conſtituitur Marcus an. CXXXVI. Viget ſchiſma in cauſa Paſchali, hinc Victore Rom. Epiſcopo Feſtum Paſchatis die ſolum dominica, illinc Polycrate cum Epiſcopis Aſiaticis Quartadecima luna (quacunque demum die contigerit) celebrandum eſſe pertinaciter contendente, in quos idcirco anathematis fulmen temerè vibrat Victor. Variæ inde Synodi tum in Oriente, tum in Occidente habitæ, de quibus Euſeb. l. 5. c. 23, 24, 25. Perſecutio tertia ſub Trajano an. CVII. Quarta ſub M. Aurelio an. CLXIII. & ſeqq. præcipue in Gallia an. CLXVII.

SCRIPTORES.

IGNATIUS, Apoſtolorum, præſertim B. Petri Diſcipulus, ejuſque dextrâ Antiochiæ Epiſcopus conſtitutus, (ſi Theodorito (*a*) fides) clar. præcipue circa an. 100. Antiochiæ a Trajano damnatus an. 107. Romæ in Amphitheatro, beſtiis objectus an. 108. poſtquam Eccleſiæ ſuæ gubernacula annis pluſquam XL. rexiſſet. E. gr. lat. *Epp.* VII. Reliquæ Sp. *Amſtel.* 1646. *Oxon.* 1644. *Lond.* 1647. 4°.

(*a*) *Dialog.* I. p. 33.

PHILO, Diaconus Tarſenſis, & *Agathopus* Ignatii ex Oriente ad Romam uſque comites ſcripſerunt, ut par eſt credere, Martyrii Ignatiani Acta. Horum antiquiſſimam verſionem duplicem, primus eruit Rev. Uſſerius, in Append. Ignat. 1647.

POLYCARPUS. D. Joannis Diſcipulus, ab eo factus Smyrnæ Epiſcopus, an. circiter 94. vel

vel 95. Ignatii æqualis; clar. an. 107. ob. gladio confossus, πάνυ γηραλέος, inquit Irenæus (a), utpote centenario major, An. 167. vel ut alii, 147. E. gr. l. Epistola una; & Frr. Lat. in Edit. Usser. & ap. Halloix in vit. PP. Orient. T. 1. ap. 525. novam editionem cum D. Le Moyn Professoris Leydensis annotationibus dudum expectamus.

Sæc. II. ab An. c.

(a) *L. 3. c. 3.*

Papias, Asianus, Joannis Auditor, Polycarpi Sodalis, Hierapolis Episcopus, dogmatis Chiliastici assertor, clar. an. 110. Pergami sub M. Aurelio, Martyr factus. E. Frr. gr. l. ap. Iren. l. 5. c. 33. Euseb. l. 3. c. 39. Andr. Cæsar. in Apocal. Serm. XII. Oecumen. in Matth. c. XXVII.

Basilides, Gnosticorum antesignanus, in Ægypto præcipue versatus, clar. circ. an. 112. juxta alios aliquanto serius, ob. sub Hadriano. Scripsit XXIV. libros comment. in Evangelium. E. Frr. ap. Epiphan. Hæres. XXIV. Num. 1. & Clem. Alex. Stromat. l. 4. p. 506. confer Euseb l. 4. c. 7.

Hermes, Pseudo-Trismegistus, qui Poemandrum scripsit, Cl. Casaubono (b) Christianus est, seu potius Semichristianus, & claruisse videtur circ. an. 120. E. gr. l. *Colon.* 1630. f.

(b) *Exercit. I. in Baron. Num. 10. p. 75, &c.*

Valentinus, Patria, ut ferunt, Phrebonites in Ægypto, Theodadis discipulus, si Valentinianis fides, Hæresiarcha Gnosticus, famosus circa an. 120. vel ut alii serius: permansit ad tempora Aniceti Papæ E. Frr. ap. Clem. Alex. Strom. l. 2. p. 375. 409. l. 3. p. 451. l. 4. p. 509. ejus saltem discipulorum

Sæc. II. ab An. c. rum ap. Epiph. Hæreſ. xxxi. Num. 5, 6.

Quadratus, Apoſtolorum, ſeu potius Apoſtolicorum Diſcipulus, Athenarum Epiſcopus, clar. an. 123. Martyrium in exilio paſſus; E. Fr. Apologiæ ap. Euſeb. l. 4. c. 3.

Aristides, Athenienſis, ex Philoſopho Chriſtianus, clar. an. 123. & Hadriano Imp. Apologeticum obtulit. N. E. vid. Euſeb. l. 4. c. 3. Hieron. Epiſt. ad Magn. p. 327. confer quæ habent Uſuardus & Ado in Martyrol. v. Non. Octob.

Aquila, Gente Ponticus, urbe Sinopenſis, ex Gentili Chriſtianus, ex Chriſtiano Judæus, R. Achibæ Diſcipulus, clar. an. 128. E. Verſionis ejus Frr. Gr. quæ Fl. Nobilius, & Druſius collegerunt.

Isidorus, Baſilidis filius, ſecta Gnoſticus, clar. circ. an. 130. E. Frr. ap. Clem. Alex. Strom. l. 2. p. 409. l. 3. p. 427. l. 6. p. 641.

Agrippa, *Caſtor* dictus, nobiliſſimus Scriptor, Baſilidis oppugnator; clar. circa an. 130. vide Euſeb. l. 4. c. 7. Theod. Hæret. Fab. l. 1. c. 4. N. E.

Sibyllina Oracula, ſaltem ex iis plura, Hadriano imperante, forſan circ. an. 130. nata videntur, quippe J. Martyre antiquiora, alia ſub Antoninis addita, demum circa Commodi extrema perfecta & digeſta. E. gr. l. Lib. 8. *Par.* 1599. 1607. 8°.

Hermes, Presbyter, Pii 1. Epiſc. Romani frater, clar. an. 136. ob. circ. an. 150. Alius ab eo, de quo ſupra. Duos enim hujus nominis fuiſſe, non Improbabile eſt. N. E. vid. Pſeudo-Damaſ. in vit. Pii.

Mar-

Sæc. II. ab Am. e.

MARCION, Genere Ponticus, Civitate Sinopenſis, Epiſcopi filius, ob Virginem vitiatam, a Patre ex Eccleſia pulſus, hæreſim condidit; clar. circ. an. 136. E. Frr. plura ex ejus Evangelio & Apoſtolico una cum Epiphanii refutationibus ap. Epiphan. Hæreſ. XLII. confer Theod. Hæret. fab. l. 1. c. 24.

JUSTINUS, Martyr κατ' ἐξοχὴν dictus, Genere Samaritanus, domo Neopolitanus, Priſci filius, ex Philoſopho Platonico Chriſtianus circa an. 133. Apologiam obtulit circa an. 140. Martyrii corona redimitus, Romæ an. circ. 164. E. *Opp.* gr. l. *Par.* 1615. 1636. f. Aurea Frr. ampla ſanè ac copioſa, ex lib. *de Reſurrectione carnis*, ex Damaſceni Parallelis deſumpta, gr. l. exhibet P. Halloix in vit. Juſtini c. 27. ubi & alia Frr. ex libris Juſtini deperditis habentur.

PTOLOMÆUS, e Valentini Schola, clar. (ſi recte conjicio, neque enim ætatem ejus temere definire auſus ſum) circ. an. 150. E. gr. l. *Ep.* bene longa ad Floram gregis ſui mulierculam, impia ejus & blaſphema dogmata exponens ap. Epiphan. Hæreſ. XXXIII. a Num. III. ad VIII.

PIUS, Aquileienſis, ab an. 156. Epiſc. Romanus, ob. an. 165. E. *Epp.* II. ad Juſtum Vien. C. T. l. Sp.

ABERCIUS, Epiſcopus Hierapolitanus, clar. circa an. 164. de eo ejuſque Scriptis vide Baron. ann. 163. & ad Mart. Rom. Octob. XXII. & Halloixium in vita ejus. N. E.

SMYRNENSIS *Eccleſia* Antiſtite ſuo Polycarpo viduata an. 167. de ejuſdem Martyrio literas circulares ſcripſit. E. gr. l. Sed mu-

Sæc. II. ab An. c.

mutilatæ ap. Euſeb. l. 4. c. 15. integras edidit Cl. Uſſerius in Append. Ignat. 1647.

Theophilus, ex Gentili Chriſtianus, Epiſcopus Antiochenus clar. circa an. 168. ob. an. circ. 181. E. opuſcula gr. l. *Par.* 1615. 1636. cum J. Martyre, &c. *Oxon.* 1684. 12.

Melito, Aſianus, Epiſcopus Sardenſis, vir planè Sanctiſſimus Doctiſſimuſque, clar. an. 171. E. FFr. ap. Euſeb. l. 4. c. 26. lib. de tranſitu B. Virg. B. PP. T. II. Sp.

Cl. Apollinaris, Epiſcopus Hierapolitanus clar. an. 171. de eo, Scriptiſque ejus, vid. Euſeb. l. 4. c. 27. Phot. Cod. XV. N. E.

Dionysius, Corinthiorum Epiſcopus clar. an. 170. ob. Martyr gladio percuſſus, circa an. 178. E. FFr. ap. Euſeb. l. 2. c. 25. l. 4. c. 23. ubi Epiſtolarum ejus indicem texit.

Hegesippus, Origine, ut videtur, Judæus, ἀρχαῖός τε ἀνὴρ καὶ Ἀποστολικός, Gobaro ap. Phot. (*a*) Hieronymo (*b*) vicinus Apoſtolicorum Temporum clar. an. 170. ob. circa an. 181. E. FFr. ap. Euſeb. l. 2. c. 23. l. 3. c. 20. 32. l. 4. c. 8. 22.

(*a*) *Cod.* 232.
(*b*) *De Script.* c. 22.

Pinytus, Cretenſis, Cnoſſi Epiſcopus, clar. Hegeſippi æqualis, & Dionyſio Corinthio familiaris, an. 172. vide Euſeb. l. 4. c. 23. N. E.

Philippus, Eccleſiæ Gortynenſium in Creta Antiſtes; clar. an. 172. & adv. Marcionem ſcripſit. N. E. vid. Euſeb. l. 4. c. 25.

Mon-

Sæc. II. ab An. c.

Montanus, Natione Phryx, ex vico Ardaban oriundus, ſeipſum Paracletum appellavit, novæque hæreſis ſemina ſpargere cœpit circ. an. 172. E. Fr. breviuſculum ap. Epiph. Hæreſ. XLIX. Num. 4.

Tatianus, Syrus, ex Sophiſta Chriſtianus, Juſtini Diſcipulus; clar. an. 172. poſt mortem Juſtini in Hæreſim prolapſus; E. *Oratio adv. Gentiles.* gr. l. ad calcem Juſtini M. Harmonia Lat. B. PP. T. II.

Bardesanes, Syrus, Edeſſenus, clar. circa An. 172. in Valentini Hæreſim lapſus, demùm reſipuit, errores tamen non penitùs exuit. E. Fr. ſatis amplum ex dialogo de Fato ap. Euſeb. Præp. Evang. l. 6. c. 10. confer Epiph. Hæreſ. LVI. & Euſ. Hiſt. E. l. 4. c. 30.

Musanus, non ignobilis Scriptor Encratitarum hæreſim impugnavit. clar. circa An. 176. N. E. de eo agit Euſeb. l. 4. c. 21. 28.

Modestus, Marcionis oppugnator clar. An. 176. N. E. vid. Euſeb. l. 4. c. 25. Hieron. de Script. c. 32.

Athenagoras, Athenienſis, Philoſophus Chriſtianus, cujus neque Euſebius, nec Hieronymus, nec Photius meminerunt, clar. circa an. 177. E. gr. l. *Apologia* (quam an. 168. Imperatori oblatam fuiſſe contendit Cl. Dodwellus) (a) & Liber *de Reſurrectione, Pariſ.* 1615. 1636. *l. Oxon.* 1682. 12.

(a) *Diſſert. Cypr. XI.* §. 37, 38.

Hermias, Philoſophus Chriſtianus, forſan hujus temporis Scriptor, quis enim fuerit aut quando vixerit, N. L. E. gr. l. Libellus adv. Philoſophos, hoc titulo, Διασυρμὸς τῶν ἔξω φιλοσόφων, cum Juſtino, &c. edi ſolitus, & in Auct. PP. gr. l. 1624. T. I.

Mar-

Sæc. II. ab An. c.

MARTYRES Lugdunenſes circ. an. 176. varias ſcripſerunt Epiſtolas, partim ad Eccleſias Aſiaticas, partim ad Eleutherum Papam. E. Fr. ap. Euſ. l. 5. c. 4.

ECCLESIA *Viennenſis* & *Lugdunenſis* in Gallia Scripſit an. 177. Epiſtolam de Perſecutione Lugdunenſi. E. penè integra ap. Euſeb. l. 5. c. 1, 2, 3.

IRENÆUS, Aſianus, Polycarpi Diſcipulus, ab an. 179. Lugdunenſis in Gallia Epiſc. ob. capite truncatus circa an. 202. E. *Opp.* gr. l. una cum Frr. *Pariſ.* 1639. *Col.* 1596. f. E. *Ep.* ad Vict. ap. Euſ. l. 5. c. 24.

MILTIADES, Rhetor, Tertulliano Eccleſiarum Sophiſta. clar. an. circ. 180. De Scriptis vid. Euſeb. l. 5. c. 17. N. E.

THEODOTION, Ponticus, ex Marcionita Apoſtata Judaizans clar. an. 182. E. Verſionis ejus Græcæ Fr. aliquot ap. Nobilium, Druſium, & in Londinenſi I. xx. editione, & Bibl. Waltonenſ. T. VI.

PANTÆNUS, Siculus an Palæſtinus N. L. e ſecta Stoica Philoſophus Chriſtianus, Scholæ Alexandrinæ Præfectus, clar. an. 182. ob. circa an. 213. N. E. agit de eo Euſeb. l. 5. c. 9, 10, 11. Hier. de Scrip. c. 36. Phot. Cod. CXVIII.

ASTERIUS URBANUS, Epiſc. an Presbyter incertum, clar. circ. an. 188. Scripſit ad Abercium Marcellum (an idem ſit cum Abercio Hierapolitano, de quo ſupra, viderint eruditi) adv. Cataphrygas libros tres. Hos Ruſinus (*a*) & ex eo alii Apollinari Hieropolitano, Hieronymus (*b*) Rhodoni, aliquando etiam Apollonio, tribuunt. Cum ex Euſebii nota

(*a*) *Hiſt. Eccl.* l. 5. c. 8.
(*b*) *De Script.* c. 37, 39, 40.

nota conſtat Aſterium quendam Urbanum auctorem eſſe. E. Frr. quædam aurea de Montano ejuſque ſecta ap. Euſeb. l. 5. c. 16, 17. Sæc. II. ab An. ꝛc.

Rhodon, ex Aſia oriundus, Tatiani Diſcipulus, clar. circa an. 189. E. Frr. ap. Euſeb. l. 5. c. 13. ubi de ejus ſcriptis plura.

Ezechiel, Tragicus, Judaicarum Hiſtoriarum poeta, religione Hebræus an Chriſtianus N. L. clar. ante an. 190. Clemente Alexand. (a) antiquior; nec de ætate ejus certius quidpiam ſtatui poteſt. E. gr. l. *Eductio Hebræorum. Par.* 1609. 8. & in Append. ad B. PP. *Par.* 1624. p. 153.

(a) *Vid. Strom. l. 1. p. 344.*

Serapion, ab an. 190. per 20. & amplius annos Epiſcopus Antiochenus, acris Montaniſtarum Adverſarius. E. Frr. ap. Euſeb. l. 5. c. 19. & l. 6. c. 12. conf. Hieron. de Script. c. 41.

Apollonius, Cataphrygum oppugnator, quem proinde Tertullianus jam Montaniſta peculiari ſcripto refutavit, clar. circa an. 192. E. Frr. ap. Euſeb. l. 5. c. 18. diverſus ab hoc eſt alter Apollonius, etiam hoc tempore Martyr, quem Hieronymus (b) ex male intellecto Euſebii loco, ſcriptoribus Eccleſiaſticis accenſet.

(b) *De Script. c. 42.*

Victor, natione Afer, ab an. 192. Epiſc. Romanus; Vir ex gentis ſuæ genio præceps & iracundus, ob Martyrio affectus an. 201. N. E. vid. Euſeb. l. 5. c. 24. Hier. de Script. c. 34.

Theophilus, Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus. clar. circa an. 192. vid. Euſeb. l. 5. c. 23. & quæ habentur ap. Bedam lib. de Æquinoct. N. E.

T. Fl.

Sæc. II. ab An. c.

T. Fl. Clemens, forsan origine Atheniensis, Domo Alexandrinus, Pantæni Discipulus, Catecheseon Magister, Presbyter, non, ut vult Jac. Gaddius (a), præsul Alexandrinus, clar. ab an. 192. E. *Opp.* gr. l. *L. Bat.* 1616. *Paris.* 1641. f. & Frr. ap. Euseb. l. 1. c. 12. l. 2. c. 1, 9, 15. l. 6. c. 14. *Homilia de Divite salvando* gr. l. cum Frr. nonnullis tum Græcis, tum Latinis *Oxon.* 1683. 12. Homiliam antea ediderat Combefis in Auct. gr. l. Par. 1672. f.

(a) *De Script. non-Eccles. T. 1. p. 128.*

Q. S. Fl. Tertullianus, Presbyter Carthaginensis circa an. 192. exeunte hoc Sæculo ad Montani dogma prolapsus. obiisse videtur circa an. 220. E. *Opp. Par.* 1646. 1663. f.

Theodotus, Patria Byzantinus, arte quidem Coriarius, verum literis apprimè eruditus; fervente persecutione Christum negans, relicta patria Romam profugit, ibique hæresim condidit, docens Christum, quem negaverat, esse tantum nudum hominem, ob id a Victore Papa excommunicatus circ. an. 194. de ejus dogmatibus vid. Epiph. Hæres. LIV. E. ex scriptis ejus ampliſſima Frr. græca ad calcem operum Clem. Alex. an verò ab ipso Clemente excerpta N. L.

Bacchylus, Corinthiorum Episcopus, clar. circa an. 196. vid. Euseb. l. 5. cap. 22, 23. N. E.

Polycrates, Ecclesiæ Ephesinæ Præsul celeberrimus, clar. an. 196. E. Fr. ap. Euseb. L. 5. c. 24.

Heraclitus, seu Heracleus, clar. circa an. 196. Scripsit in D. Pauli Epistolas. N. E.

Maxi-

Sæc. II. ab an. c.

Maximus, vir inſignis, clar. An. 196. E. Fr. ap. Euſeb. Præp. Evang. l. 7. c. ult.

Candidus, Maximi æqualis; clar. An. 196. Scripſit in *Hexaëmeron.* N. E.

Appion, eodem Tempore clarus, de eodem argumento Commentarios edidit. N. E.

Sextus, clar. an. 196. Scripſit *de Reſurrectione.* N. E.

Arabianus, clar. an. 196. & de Chriſtiano Dogmate opuſcula edidit. N. E. de his, aliiſque vid. Euſeb. l. 5. c. 27. Hieron. de Script. c. 46, &c.

Scriptores Gentiles, qui hoc Sæculo in Chriſtianos invecti ſunt.

C. Corn. Tacitus, genere Romanus, Galliæ Belgicæ ſub Veſpaſiano procurator, conſulatum ſub Nerva geſſit an. Chr. 97. Scripſit vero ſub Trajano poſt an. 100. Religionem Chriſtianam velut *exitiabilem ſuperſtitionem*, Chriſtianoſque tanquam odio humani generis convictos damnat. Annal. lib. XV.

C. Plinius Secundus, Patria Novocomenſis, Plinii ſenioris Nepos, Quintiliani Diſcipulus, Taciti æqualis, Quæſtor, Prætor, ærarii præfectus, denique conſul an. Chr. 100. ſub initia Hadriani obiiſſe videtur. In Epiſtola (a) ad Trajanum fidem Chriſtianorum veluti pravam & immodicam Superſtitionem notat, eorumque in tuenda religione conſtantiam pervicaciam eſſe, & inflexibilem obſtinationem affirmat, ſup-

(a) Lib. 10. Ep. 97.

Sæc. II. ab an. c.

plicio coercendam. Utcunque aliter de innocuis illorum moribus, cultuque ſacro nobile ſatis teſtimonium reddit.

C. Suetonius Tranquillus, Grammaticus Romanus, clar. ſub Trajano circ. an. Chr. 112. ſub Hadriano Epiſtolarum Magiſter factus. Chriſtianos genus hominum ſuperſtitionis novæ ac maleficæ appellat, eoque nomine ſuppliciis afflictos fuiſſe ait in vit. Neron. c. 16. Quæ de Judæis impulſore CHRESTO tumultuantibus habet, vid. in vit. Tiber. c. 25.

Arrianus, domo Nicomedienſis, Epicteti diſcipulus, Philoſophus, Orator, Hiſtoricus ſummus, novus Xenophon dictus, Conſulatum etiam in repub. geſſit, ab Euſebio ad an. Chr. 147. refertur. odioſo Galilæorum nomine Chriſtianos traducit, eorumque in adeundis periculis promptitudinem inſaniæ ac conſuetudini aſcribit Differt. in Epict. l. 4. c. 7. confer quæ de Judæorum baptiſmo ait l. 2. c. 9.

M. Aur. Antoninus cogn. Philoſophus, Annii Veri Prætoris filius, Antonini Pii gener, ad imperium Rom. evectus an. Chr. 161. ob. an. 180. lib. XI. de reb. ſuis Sect. 3. Chriſtianorum in ſubeundo Martyrio fortitudinem ψιλὴν παράταξιν fuiſſe aſſerit, meram animi obſtinationem, nec a judicio ſpeciali procedere.

Celsus, Philoſophus ſecta Epicuræus, erga Platonis etiam Scholam bene animatus, clar. circ. an. Chr. 170. Fidem moreſque Chriſtianorum peculiari libro, quem ἀληθῆ λόγον inſcripſit, oppugnavit. E. Frr. hinc inde

de ap. Origen. libris VIII. cont. Cels. quibus futiles Celsi calumnias & argumenta valide refutavit. Sæc. II. ab an. c.

Lucianus, Samosatis oriundus, professione Epicuræus, clar. circ. an. Chr. 176. ἀνὴρ σπουδαῖος εἰς τὸ γελασθῆναι (ipso fatente Eunapio*) qui ingenii sui salibus Christianos, Ritusque eorum ac dogmata non semel perfricuit, præcipue his dialogis, *pseudomant. de morte Peregrini, & Philopatr.*

* *Proem. lib. de vit. Philosoph.*

Sæculum Novatianum.

Conspectus Sæculi.

Fides Christiana longe lateque propagatur. Oriuntur hæreses, Sabellii, tres hypostases in Trinitate confundentis; Nepotis, qui millennium adstruebat; Pauli Samosateni Christum ψιλὸν ἄνθρωπον affirmantis, a Synodo Antiochena an. CCLXV. alteraque ibid. an. CCLXX. habita, ob id damnati; denique Manetis seu Manichæi circ. an. CCLXXVII. Ob nimiam erga lapsos indulgentiam Schisma fovet Novatianus, non uno sæculo extinguendum. De hæreticorum baptismo strenue rixantur Stephanus Papa, Cyprianus, Firmilianus, alii. Plures de hac causa in Africa Synodi, de quibus passim Cyprianus, sed consulendi præ aliis Cl. Pearsoni Annales Cyprianici. Persecutio v^a. Sæc. III. ab an. cc.

Sæc. III. ab an. cc. sub Severo an. ccii. vi^a. sub Maximino an. ccxxxv. vii^a. sub Decio an. ccl. vel an. superiori exeunte. viii^a. sub Valeriano an. cclviii. ix^a. sub Aureliano an. cclxxv. quæ missis solummodo Edictis, vix nomen persecutionis meretur.

SCRIPTORES.

(a) *Lib. de pond. & mensur. Num.* XVI.

Symmachus, genere Samaritanus, ex τῶν παρ' αὐτοῖς σοφῶν, teste Epiphanio (a), *ex illorum numero, qui Sapientes apud eos habebantur*, dein factus Judæus, ex Judæo Christianus, seu potius Hæreticus Ebionita, clar. circa an. 200. E. Versionis ejus Frr. quædam ap. Fl. Nobilium, Drusium, &c.

(b) *Differt. Cypr.* IV. §. 12, 13.

Anonymus auctor, qui scripsit Acta Fœlicitatis & Perpetuæ, clar. circ. an. 202. Quibusdam Montani assecla, Cl. Dodwello (b) non sine aliqua verisimilitudine scriptor Catholicus. E. *Par.* 1664. 8°. *Oxon.* 1680. 12°.

Judas, Theologus & Historicus, clar. an. 202. scripsit de lxx. Hebdomadibus Danielis, eaq; occasione Chronologiam ad an. x. Severi deduxit. De eo vide Euseb. l. 6. c. 7. N. E.

Caius, vel Gaius, vir disertissimus, Presbyter Romanus, & *Gentium Apostolus* ordinatus, clar. circa an. 210. E. Frr. ap. Euseb. l. 2. c. 25. l. 3. c. 31. l. 6. c. 20. & Phot. Cod. xlviii. Amplum libri περὶ τῆ Παντὸς Fragmentum E. gr. ap. D. Hæschilium not. in Phot. p. 9. An vero Caio nostro, an potius Hippolyto Portuensi tribuendus sit iste liber, non satis liquet: nostri etiam, ut videtur,

tur, eſt Fr. ex lib. adv. Artemonem ap. Euſ. l. 5. c. 28. confer Phot. ib. Niceph. l. 4. c. 21. & Theod. hær. fab. l. 2. c. 5. Idem cum noſtro videtur Gaius ille, cujus mentio fit in calce Actorum B. Polycarpi editionis Uſſerianæ, ubi legimus eum cum Irenæo converſatum fuiſſe, & Smyrnenſium Epiſtolam, ex ipſius Irenæi exemplaribus tranſcripſiſſe. Sæc. III. ab an. cc.

Alexander, Cæſareæ Cappadociæ primum, deinde Hieroſolymorum Epiſcopus, clar. an. 212. & deinceps, Martyr factus circa an. 250. E. Frr. ap. Euſeb. l. 6. c. 11, 19. conf. l. 5. c. 14.

Minucius Felix, Gente, ut veriſimile eſt, Afer, cauſidicus Romanus, clar. ut videtur, circa an. 220. E. *Dialogus L. Bat.* 1652. cum comment. variorum. 4°.

Hippolytus, Irenæi Diſcipulus, nonnullis Arabum, aliis Portûs Romani Epiſcopus, clar. circa an. 220. Martyrium ſubiiſſe dicitur an. 230. Plures erant hoc ævo Hippolyti; certe noſter ad Eccleſiam Orientalem pertinere videtur, & Origene quam familiariſſime utebatur. E. gr. l. *Canon Paſchalis.* ap. Scalig. in Emend. Temp. Gruterum in Inſcript. &c. *Oratio de conſummatione Mundi, &c.* Auct. B. PP. gr. l. *Par.* 1624. T. II. p. 343. *Demonſtratio de Antichriſto, & in Suſannam* gr. l. ap. Combef. Auct. PP. 1672. Homil. *de Deo, &c. contra Hæreſ. Noeti.* Lat. in Append. ad Greg. Thaumat. *Mog.* 1604. p. 58. & alia quædam B. PP. T. III. Frr. VIII. gr. l. edidit Sirmondus *Pariſ.* 1620. alia habentur ap. Theod. Dialog. I. p. 36.

Sæc. III. ab an. cc.

conf. Phot. Cod. CXXI, CCII. & Euſeb. l. 6. c. 22.

Ammonius, ex Bajulo Philoſophus Alexand. Schola Platonicus, Doctrinâ & Pietate Chriſtianus, clar. circa an. 220. ob. an. circ. 230. E. Lat. *Harmonia* B. PP. T. III. D. vid. Euſ. l. 6. c. 13.

Jul. Africanus, Palæſtinus, Suidæ Lybicus, a quo *Sextus* vocatur, clar. an. 220. vixit Nicopoli in Palæſtina, eratque Epiſc. Emaus (ſi fides ſit habenda Hebedjeſu (*a*) Metropolitæ Sobenſi) ob. circ. an. 232. E. Frr. *Chronographiæ* ejus, ap. Euſeb. & Syncell. item *Ep. de Suſanna* gr. l. *Baſil.* 1674. & Fr. ap. Euſ. l. 1. c. 7. Suſpicatur Voſſius (*b*) primam partem Collectaneorum Chronologicorum (quæ in unum faſciculum redegit Gallus quidam Caroli M. σύγχρονος) non aliam eſſe quam Africani noſtri Chronographiam, E. Lat. is liber, titulo *de Diviſionibus & generationibus gentium* ap. Caniſ. T. II. p. 579. emendatior ap. Labb. Nov. Bibl. MSS. T. I. p. 298. at in fine mutilus. Africanum noſtrum librorum σφ κεσῶν auctorem fuiſſe cum Euſebio, Photio, Suida ſtatuimus, ut de Voſſio, Lambecio, Wetſtenio nihil dicam, quicquid dicant Scaliger & Valeſius, qui Africano cuidam Gentili, Sexto dicto, tribuunt.

(*a*) *Catalog. lib. Chald. p. 15. p. m. 18.*

(*b*) *De Hiſt. Lat. l. 3. c. 3.*

Origenes, *Adamantius* dictus, Alexandriæ natus an. 186. ibique Presbyter & Scholæ Catecheticæ Magiſter, clar. an. 230. a Demetrio an. 233. Alexandria pulſus, ob. Tyri an. 254. Ætat. LXIX. E. *Opp. Par.* 1574. 1619. II. Vol. fol. *Lat.* Commentarii gr. l. *Pariſ.* 1668.

1668. II. Vol. fol. lib. 8. Adv. Celſ. gr. l. *Cantabrig.* 1658. 4°. Opuſcula quædam gr. l. *Baſil.* 1674. 4°. Fr. Epiſtolæ de Ambroſio ap. Suid. in *Orig.* p. 390. Sæc. III. ab an. cc.

Ambrosius, nobilis Alexándrinus, ex Marcionita Diaconus Alexand. Origenis fautor, & ſtudiorum ἑτεροδιώκτης conjunctiſſimus, clar. an. 230. ob. vivente adhuc Origene. N. E. de eo agit Euſeb. l. 6. c. 18, 24, 28. Hier. de Script. c. 56. præcipue Orig. Epiſt. ap. Suid. in V. *Orig.* p. 390.

Beryllus, Boſtrorum in Arabia Epiſcopus, ab Origene ad rectam fidem revocatus, clar. circa an. 230. vid. Euſeb. l. 6. c. 20, 33. N. E.

Geminus, ſive Geminianus, Presbyter Antiochenus, clar. circa an. 235. N. E. vid. Hier. de Scrip. c. 64.

Tryphon, Origenis Auditor, in Scripturis eruditiſſimus, clar. circa an. 235. N. E. de eo Hieron. de Script. c. 57.

Firmilianus, ab an. 233. Cæſareæ Cappadocum Epiſcopus, Origenis familiaris, magnas cum Stephano Rom. ob dogma de rebaptizandis hæreticis lites exercuit. ob. grandævus Tarſi, an. 270. E. Lat. *Epiſtola* ap. Cyprian. de prædicta controverſia, a Cypriano, ut videtur, Latine verſa; ejus enim ſtylum plane ſapit.

Nepos, in Ægypto Epiſcopus, millennii propugnator, clar. circ. an. 244. ſcripſit librum, quem ἐλέγχον ἀλληγοριστῶν appellavit, de quo vid. Euſeb. l. 7. c. 24. N. E.

Cyprianus, Carthaginienſis, ex Gentili Chriſtianus, ex Rhetore primum Presbyter

Sæc. III. ab an. cc.

an. 247. dein ab an. 248. Episc. Carthaginiensis, capite damnatus, & gladio animadversus an. 258. E. *Opp. Paris.* 1666. & *Oxon.* 1682. fol.

Cornelius, Roma oriundus, ab an. 251. Episc. Romanus, Martyrium passus XVIII. Kal. Octob. an. 252. E. *Epp.* II. ap. Cyprian. & Fr. ap. Euseb. l. 6. c. 43.

Novatianus, ex Stoico Philosopho Christianus, an. 251. ex Presbytero factus a Schismaticis Romæ Episcopus; Schismatis Novatiani Pater. E. *Ep.* ap. Cyprian. quæ est in Edit. *Par.* XXXI^a. *Oxon.* XXX^a. Lib. *de Trinitate*, & alter *de cibis Judaicis*, qui cum Tertulliano excudi solent. vid. Hier. de Script. c. 70.

Stephanus, genere Romanus, ejusque urbis ab an. 253. Episcopus, gravis Cypriani in controversia de Hæreticorum Baptismo Adversarius, ob. an. 257. N. E.

Pontius, gente, ut videtur, Afer, Cypriani Diaconus & comes individuus, clar. an. 253. ob. ut volunt, an. 259. Hunc duos Philippos Impp. ad Christum convertisse temere affirmat Trithemius (*a*): quod tamen alii (etsi omnibus pene eruditis fabulam sapit) Fabiano Episcopo Rom. constanter ascribunt. E. *Vita Cypriani* ap. Cyprian.

(*a*) *De Script. Eccles. fol.* 12.

Gregorius, *Thaumaturgus*, Neocæsareæ Cappadocum natus, ejusdem civitatis Episcopus, clar. circa an. 254. ob. an. 265. E. *Opp.* gr. lat. *Mogunt.* 1604. 4°. *Paris.* 1622. fol.

Dionysius, Alexandrinus, Scholæ Catecheseon Pr[illegible] factus, ex Presbytero Episcopus

pus Alexand. clar. an. 254. multa a Gentilibus passus. ob. an. 265. E. gr. l. *Ep. Canonica.* C. T. 1. Frr. ap. Euseb. l. 3. c. 28. l. 6. c. 40, 41, 42, 44, 45, 46. l. 7. c. 1, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 21, 22, 23, 24, 25. E. etiam gr. l. *Ep.* ad Paulum Samosatenum, nec non Responsiones ad ejusdem x. Quæstiones C. T. 1. p. 849. sed Sp. Sæc. III. ab an. cc.

Dionysius, origine Græcus, ab an. 259. Episc. Romanus, ob. exeunte an. 269. E. Fr. ap. Athan. de Decret. Synod. Nic.

Theognostus, Alexandrinus, sacrorum librorum interpres ap. Photium (*a*), ἀνὴρ λόγιος Athanasio (*b*), clarissime videtur circ. an. 270. de ejus Hypotyposeωn libris 7. vide sis Phot. loc. cit. E. Frr. ap. Athan. ubi supr. & Homil. in illud, *Quicunque dixerit verbum, &c.* ubi ὁ θαυμάσιος καὶ ἀοίδιμος vocatur.

(*a*) *Cod.* 105.
(*b*) *De decret. Syn. Nic.*

Malchion, ex Sophista Presbyter Antiochenus. clar. an. 270. E. Frr. ap. Leont. lib. 1°. contra Nestor. Ei etiam tribuit Hieronymus (*c*) Epistolam Synodalem, qua damnatur Paulus Samosatenus: vereor ne sine auctore, de hac enim re ne γρῦ quidem Eusebius, ap. quem E. pæne integra l. 7. c. 30.

(*c*) *De Script. c.* 71.

Anatolius, Alexandria oriundus, ubi ad exemplum Platonicæ, Aristotelicæ successionis Scholam instituit. clar. an. 270. factus postea Laodiceæ in Syriâ Episcopus: Martyr a quibusdam fuisse dicitur. E. Lat. *Canon Paschalis* ap. Bucher. 1634. Fr. gr. l. ap. Euseb. l. 7. c. 32.

Manes, genere Persa, Cubricus antea dictus, ex mancipio Hæresiarcha factus, hæresim suam disseminare cœpit circ. an. 277. demum

Sæc. III. ab an. cc. demum a rege Perſarum captus, detracta pelle canibus expoſitus eſt. Scythiani cujuſdam Scripta compilavit, de quibus vid. Epiph. Hæreſ. LXVI. Num. 2. E. *Ep.* ad Marcellum, virum religioſiſſimum ap. Epiph. ib. Num. 6. cui brevi Epiſtola reſpondit Marcellus ib. Num. 7. Fr. amplum ex libro de Fide ibid. N. 19. de aliis libris ab eo Scriptis vid. Epiph. ibid. N. 18.

Archelaus, Caſcharorum in Meſopotamia Epiſcopus, Manetis oppugnator. clar. circa an. 278. E. Lat. *Ep.* & Fr. amplum ap. Valeſ. not. in Socrat. & aliud bene longum gr. l. ap. Epiphan. Hæreſ. LXVI. a Num. 25. ad 32. Confer Cyrill. Catech. VI. & Socrat. lib. I. c. 22.

Diodorus, Presbyter, Archelao familiaris, clar. circ. an. 278. & diſputavit adv. Manichæos. vid. Fragm. Archelai prope fin. N. E.

Pierius, Presbyter Alexandrinus, & Scholæ Magiſter, *Origenes junior* dictus, clar. circa an. 283. paſſus, ut videtur, an. 303. de eo vid. Phot. Cod. CXVIII, CXIX. N. E.

Victorinus, Petavionenſis in Pannonia Epiſcopus. clar. circa an. 290. Martyr an. 303. E. *Comment. in Apocal.* B. PP. T. III. Sp. Tribuuntur etiam illi poemata duo in Collectione poetarum Fabriciana: ſed conjecturâ plane incertâ, & ut mihi videtur, falsâ.

Methodius, *Eubulius* etiam dictus, primùm Olympi Lyciæ, ſive Patarorum, deinde Tyri Epiſc. clar. circa an. 290. paſſus an. circ. 303. E. *Opp.* & Frr. gr. l. *Pariſ.* 1644. f. quædam

quædam etiam *ib.* 1657 : *convivium* x. *virginum* ap. Combef. *Auct.* gr. l. 1672. Sæc. III. ab an. cc.

Pamphilus, Phœnicius, Beryti natus, Pierii Discipulus, Presbyter Cæsariensis ; clar. an. 290. Martyrium subiit an. 309. E. Lat. *Apologia pro Origene* inter *Opp.* Origenis & Hieronymi ; pars sc. illius, de qua Photius Cod. CXVIII. ubi excerpta quædam exhibet.

Lucianus, Patria Samosatenus, nobili prosapia ortus, Presbyter Antiochenus, ubi Scholam celeberrimam instituit, clar. circa an. 290. capite truncatus Nicomediæ an. 311. N. E. conf. Vales. not. in Euseb. p. 152. E. *Expositio fidei* ap. Athan. de Syn. Arim. p. 693. Socr. l. 2. c. 10. de reliquis ejus Scriptis vid. Hier. de Script. c. 77. Apol. adv. Ruf. p. 225. Athan. in Synops. &c.

Phileas, ex Patriæ urbis Præfecto Thmuitarum in Ægypto Episcopus, clar. circa an. 294. Capite plexus 311. E. Epistolæ nobile Fr. ap. Euseb. l. 8. c. 10.

Scriptores Gentiles qui hoc Sæculo Christianismum oppugnarunt.

Domitius Ulpianus, natione Syrus, ex Phœnice oriundus, Papiniani discipulus, juris peritissimus, clar. an. Chr. 220. sub Alexandro demum Severo Sacrorum scriniorum Magister, præfectus annonæ, denique prætorio præfectus, a prætorianis occisus. Christi fidem non modo *Judaicam superstitionem* vocavit, verum libro septimo de offic. Proconf. nefaria principum rescripta collegit (teste Lactantio *) ut doceret, quibus

* *De Justit. l. 5. c. 11.*

Sæc. III. ab an. cc.

bus pœnis affici oporteret eos, qui se cultores Dei confiterentur.

Porphyrius, vernaculo nomine *Malchus* dictus, ortu Tyrius, vitæ instituto Philosophus, clar. an. Chr. 270. ob. ut videtur, ineunte sequente sæculo, vel paulo post. Inter varia quæ condidit volumina, edidit, in Sicilia tunc agens, contra Christianos libros xv. unde *rabidus adv. Christum canis* audit Hieronymo (*a*); τὰ καθ' ἡμῶν συγχεῖν ὑπερβολῇ μίσους προβεβλημένος inquit Eusebius (*b*). Libri I.mi III.i IV.i XII.i XIII.i diserte meminerunt veteres, quorum argumenta collegit L. Holstenius, dissert. de Vit. & Script. Porphyr. c. 10. Hæc Porphyrii scripta Theodosius M. lege (*c*) lata igne aboleri jussit.

(*a*) *De Script. Eccles. in præfat.*

(*b*) *De præp. Evang. l.* 10. *c.* 9.

(*c*) *Ext. C. de Sum. Trin. l.* 3.

Sæculum Arianum.

Conspectus Sæculi.

Sæc. IV. ab an. ccc.

FErvet Persecutio x.a sub Diocletiano, Maximiano, &c. ab an. cccIII. Imperatore verò Constantino Christi fidem amplectente, novam induit faciem Ecclesia Christiana, ubique ornata, dotata, legibus munita, decrescente indies Ethnicorum superstitione. Oritur hæresis Ariana, quæ Christo deitatem detrahit, & in Creaturarum classem redigit, filium patri esse ὁμοούσιον

σιον ϗ συναΐδιον negans, mox a Concilio Nicæno, Oecumenicorum primo, an. CCCXXV. damnata. Regnante Constantio vires recolligit, ejusque præsidio fulta in Catholicos ubique grassatur, & in novas Semiarianorum, Photinianorum, Aëtianorum, Eunomianorum, &c. Sectas diffunditur, quas Synodus II. Generalis C. P. habita an. CCCLXXXI. anathemati subjicit, & Theodosius M. autoritate sua & legibus, quas tulit, comprimit. Magnas in Africa turbas dant Donatistæ, a potestate tum sæculari, tum Ecclesiastica sæpius repressi. Juliano ad imperium evecto recrudescit Gentilismus, excitata in Christianos gravissima persecutione. Verum hæc nubecula citò transiit, occiso Juliano an. CCCLXIII.

SCRIPTORES.

PETRUS, ab an. 300. ex Presbytero Episcopus Alexandrinus, Martyr factus an. 311. E. gr. l. *Canones pœnitentiales* XV. C. T. I. & Frr. C. T. II, & III.

ANASTASIA, genere Romana, Publii V. Cl. uxor, clar. an. 300. Martyrio coronata an. 303. E. *Epp.* II. ap. Suid. in voce χρυσόγονος. D.

HIERACAS, genere Ægyptius, ex oppido Leontone, acutissimo ingenio, omnique meliori literatura, & vitæ severitate laudabilis. Verum in hæresim incidit, quæ ab eo denominatur. clar. circ. an. 302. ob. nonagenarius. Scripsit plurima. E. Frr. duo ap. Epiph. Hæres. LXVII. Num. 3.

ARNO-

Sæc. IV. ab an. ccc.

Arnobius, Afer, ex Gentili Rhetore apud Siccam, urbem Africæ mediterraneam, Chriſtianus, clar. an. 303. E. *Adv. Gentes* libri VII. *L. Bat.* 1652. cum notis variorum. 4°.

Lactantius, Italus, fortaſſis Firmii natus, Arnobii Diſcipulus, clar. ab an. 303. Rhetoricam Nicomediæ docuit, dein Criſpi Cæſaris Magiſter factus, quando ob. N.L.E. *Opp. L. Bat.* 1660. 8°. cum variorum notis. *Oxon.* 1684. 8°. *Cantabrig.* 1685. lib. *de mortibus perſecutorum*, & Fr. *de extremo judicio* ap. Baluz. Miſcell. T. II. p. 1. *Oxon.* 1680. 12°.

Dorotheus, Tyri Presbyter, clar. circ. an. 305. multa ſub Diocletiano paſſus; Martyr factus an. 362. quæ tamen de eo traduntur, parum certa ſunt. E. *Synopſis* ejus *de Prophetis, & Diſcipulis Domini* B.PP. T. III. & cum Salvian. *Rom.* 1564. f.

Rheticius, Auguſtodunenſis apud Heduos in Gallia Epiſcopus, clar. an. 313. vid. Hier. de Script. c. 82. N.E.

Alexander, ab an. 312. ſeu 313. Epiſcopus Alexandrinus, prudentia & autoritate ſua enaſcentem Arii Hæreſim graviter compeſcuit. ob. an. 326. E. *Epp.* II. ap. Theod. l. 1. c. 4. & Socrat. l. 1. c. 6.

Arius, Libycus, Presbyter Alexandrinus, dein famoſiſſimus Hæreſiarcha ab an. ut volunt, 315. quod paulò ſerius contigiſſe videtur: damnatus an. 325. in Synodo Nicæna. an 336. alvum ſoluturus, Judæ inſtar crepuit medius, & unà cum inteſtinis miſeram animam efflavit; atque ita quidem

dem fœdum exitum, & nomine ſuo in omnem æternitatem execrando dignum, habuit ſacerrimum & inviſum caput. E. *Epp.* 11. ap. Theod. l. 1. c. 5. & Epiphan. Hæreſ. LXIX. & Frr. ap. Athan. lib. de Synod. Arim. p. 681, &c. Orat. II. adv. Arianos p. 141. & alibi. Sæc. IV. an an. ccc.

Euſebius, qui ab arctiſſimâ, quæ illi cum Pamphilo martyre interceſſit amicitiâ, *Pamphili* cognomen ſortitus eſt, Patriam habuit Palæſtinam, urbem natalem fortaſſis Cæſaream; in hac enim Eccleſia ſe & inſtitutum, & ſalubri lavacro tinctum, non minus quam Eccleſiaſtica munera ſuſtinuiſſe, ipſemet initio Epiſtolæ (*a*) ad Cæſarienſes obſcure mihi indicare videtur. Natus eſt vergente verſùs exitum ſæculo tertio, circa annum, ſi divinare liceat, CCLXX. Exhauſta pene omni ſæculari literatura homo impenſè doctus, antiquitatum Eccleſiaſticarum ſtudio ſummoperè incubuit, quo fine doctorum ante ſe monumenta diligenter conquiſivit, priorum ſæculorum ſcrinia rimatus eſt, civilium judiciorum Acta perluſtravit, omnes bibliothecarum forulas excuſſit, præſertim nobiliſſimam illam bibliothecam, quam Pamphilus Cæſareæ extruxerat, nocturna diurnaq; verſavit manu. Et ſane non contemnendum videtur, quod Hieronymus, ſeu quicunque ſub ejus nomine latet, in *Epiſtola ad Chromatium & Heliodorum* refert, Conſtantinum Cæſaream ingreſſam Euſebio dixiſſe, ut beneficia aliqua ſuæ Eccleſiæ peteret, Euſebium verò reſpondiſſe, Eccleſiam ſuam opibus ſatis ditatam nihil indigere, at ſe unicè

(*a*) *ap. Socrat. l. 1. c. 8.*

Sæc. IV. ab an. ccc.

unicè in votis habere, ut sollicita perscrutatione monumenta publica discuterentur, quo certiùs constaret, quid in universo orbe Romano erga Sanctos Dei per Judices gestum sit; nempe ut qui Martyres, a quo judicio, in qua Provincia vel civitate, qua die, quave Perseverantia, passionis suæ obtinuerint palmam, de ipsis Archivis sublata monumenta ad eum regio jussu dirigerentur. Quod & factum est, indeque illum idoneum Relatorem factum, Ecclesiasticam historiam, & omnium penè Martyrum trophæa texuisse.

Et sanè hæc a verisimilitudine non abludere facile concedit Antipater Bostrensis (*a*), Eusebii adversarius; Ἐγὼ δὲ, ὅτι μὲν πολυΐστωρ ὁ ἀνὴρ, καὶ οὐδέν τι τῶν παλαιοτέρων συγγραμμάτων τὴν ἐκείνου διέλαθε γνῶσιν, σύμφημι καὶ ὁμολογῶ· Βασιλικῇ γὰρ συνεργίᾳ χρώμενος ῥᾳδίως τὰ πανταχοῦ πρὸς ἑαυτὸν συνάγειν ἠδύνατο. *Ego vero, quod multus quidem in historiis vir fuerit, & nihil ex veteribus Scriptis illius latuerit notitiam, consentio & confiteor. Imperiali quippe cooperatione usus, facile quæ ubique sparsa erant, colligere poterat.*

(*a*) *Serm.* 1. *adv. Euseb. Apol. pro Orig. in Concil. Nic.* II. *Act.* V.

Anno 307. Pamphilum in carcerem conjectum solitis amoris officiis prosequebatur, cum eo assiduè versatus, junctisque operis rem literariam strenuè promovere satagebant. Biennio post, Pamphilo per Martyrium consummato, Tyrum secessit, apud Paulinum Episcopum, amicum suum integerrimum proculdubio latitans, ubi varia & crudelissima Martyrum certamina se coram spectasse testatur (*b*). Inde Ægyptum petiit,

(*b*) *Lib.* 8. *cap.* 7.

tiit, ibique Perſequentium ſævitiam magis adhuc calentem reperit, ipſomet etiam in vincula conjecto. Ceſſante perſecutione in Palæſtinam rediit, ubi poſt mortem Agapii Cæſarienſium Epiſcopus conſtituitur. Fateor in ſubſcriptionibus Latinis Synodo Ancyranæ an. 315. habitæ ſubnexis, recenſeri Agricolaum Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopum. Verùm ſubſcriptiones illæ ut jam in Conciliorũ Tomis extant, ex Iſidori Mercatoris officina prodierunt. Antiquior verſio quam edidit Chr. Juſtellus, ſolummodo habet, *Agricolaus Caſareæ*; quem Synodicon græcum a Pappo (*a*) editum de hac ipſa Synodo agens, non Cæſareæ *Palæſtinæ*, ſed *Cappadociæ* Epiſcopum fuiſſe, aperte nos docet. Sæc. IV. ab an. ccc.

(*a*) *Pag.* 13.

Non diu poſt, pulcherrimæ Eccleſiæ, quam Paulinus Tyri ædificaverat, encœnia habita ſunt, circa annum, ut opinor, 316. quo tempore Conſtantinus imperii ſui Decennalia celebravit. Moris enim tum erat, Chriſtianos, ut antehac Gentiles, Baſilicas ſuas in Imperatorum Decennalibus, aliiſve id genus ſolenniis dedicare, ut erudite obſervat Cl. *Ant. Pagi* Diſſert. Hypat. Part. II. c. 3. Num. XII, XIII. Huic dedicationi adfuerunt omnes Eccleſiarum vicinarum Epiſcopi, quibus elegantiſſimam orationem Euſebius habuit, quam exhibet Hiſt. Eccleſ. lib. 10. c. 4. Non ſum neſcius, a quibuſdam in dubium vocari, an hæc oratio Euſebium auctorem habuerit. Immeritò. Ipſa oratio ingenium ejus & multiplicem eruditionem ſpirat, Pars Panegyrica cum iis, quæ in præcedentibus capitulis tractaverat, eodem ſen-

Sæc. IV. an an. ccc.

su, & iisdem pene sententiis, optime convenit; suadet intima cum Paulino familiaritas ut credamus, a nullo potiùs quam ab Eusebio haberi potuisse, qui hunc decimum Historiæ suæ librum Paulino inscripsit, ac proinde orationem hanc hoc in loco inseri par erat. Deinde si alterius esset, cur tam prolixum Sermonem huic loco insereret? Cur suppresso auctoris nomine? qui Scriptores, quos allegat, semper nominatim citare solet. Dices, Eusebium nullam suiipsius mentionem facere. Fateor, qua erat modestia, nomen dissimulavit, καίτις (inquit) ἐν μέσῳ παρελθὼν τῶν μετρίως ἐπιεικῶν, λόγου σύνταξιν πεποιημένος, *vir aliquis mediocris meriti, qui hujusmodi orationem composuerat, in medium progressus est.* Et ita fere Scriptores loqui solent, quoties de se verba faciunt. Nec est quod cum Cl. Hanckio (*a*) quis dicat, orationem istam ab Eusebio adhuc Presbytero dici potuisse. Cui enim ignotum, non tunc communi in more positum fuisse, ut præsentibus Episcopis Presbyteri concionarentur, præsertim in tam solenni conventu, & tam splendida occasione? Sed de his satis.

(*a*) *De Script. Byzant. Part. 1. c. 1. Num. 56.*

In Concilio Nicæno, anno 325. id ei honoris delatum est, ut Imperatorem Synodum ingredientem sermone panegyrico exciperet, & primum ab ejus dextrâ locum obtineret. Theodoritus (*b*) quidem Eustathio Antiocheno id tribuit, Alexandro Alexandrino Nicetas Choniates (*c*), sed pro Eusebio nostro faciunt tum Sozomenus (*d*), tum capitis Eusebiani titulus (*e*), admodùm antiquus, denique

(*b*) *Lib. 1. c. 7.*
(*c*) *Thes. Orth. fid. l. 5. c. 7. p. 445.*
(*d*) *Lib. 1. c. 9.*
(*e*) *De vit. C. l. 3. c. 11.*

denique ipſe Euſebius (*a*), qui in Conſtantini vicennalibus, quibus habitum eſt hoc Concilium, Imperatori, ſervorum Synodo circumſepto, ſe Panegyrim dixiſſe refert. Ventilata diutiùs ultro citroque Arii cauſa, Euſebius fidei Catholicæ Symbolum Patribus obtulit, ab omnibus quidem probatum; qui tamen aliam formulam, ſeu potiùs eandem, paululùm auctam & immutatam, utpote in præcipuo controverſiæ momento non ſatis luculentam, promulgarunt; præſertim edito τῷ ὁμοουσίῳ vocabulo, quo filium ejuſdem eſſe cum Patre eſſentiæ, gloriæ, & æternitatis diſertiùs adverſus Arium declararent. Hæſit aliquandiu ad hoc vocabulum Euſebius, donec re benè perpensâ, Patrumque ſenſu poſt accuratum examen pleniùs percepto, aſſenſum lubens præbuit, miſſiſque ad Cæſarienſes ſuos literis, de tota hac re certiores fecit.

Sæc. IV. ab an. cccx.

(*a*) *Id. lib. I. in Prom.*

Circa an. 330. vacante per Euſtathii depoſitionem ſede Antiochenâ, in ejus locum communi conſenſu, intercedente etiam apud Imperatorem cum populo, tum Synodo Antiochenâ, Euſebius eligitur. Verùm ille oblatum Epiſcopatum, ut ut Cæſarienſi ampliorem & ſublimiorem, generoſe reſpuit, probe ſciens, Epiſcoporum ex unâ ad alteram Eccleſiam tranſlationes canonibus Eccleſiaſticis, præcipuè nuperrimæ Synodi Nicænæ Can. XV°. prohiberi. Qua de cauſa Conſtantinus miris eum laudibus extulit, inter cætera teſtatus (*b*), omnes illum apud ſe Epiſcopum habere ambiviſſe, eumque beatum ſe in hoc ipſo exiſtimare debuiſſe, quod

(*b*) *Epiſt. ad Euſeb. de vit. Conſt. lib. 3. c. 11.*

Sæc. IV. ab an. ccc. quod totius propemodùm orbis teſtimonio, dignus univerſæ Eccleſiæ Epiſcopatu judicatus ſit. Certe huic pientiſſimo Principi unicè charus fuit, qui abſentem ſæpe per literas ſalutavit, præſentem nullis non honoribus cumulavit. Tandem annorum & famæ ſatur, diem clauſit extremum, circa an. 340. Paulo ante Conſtantini junioris obitum, ut notat Socrates (*a*).

(*a*) *Lib. 2. c. 4, & 5.*

De ſumma ejus & longè diffuſiſſima doctrina, ut pluribus agam, opus non eſt, cujus erudito nomini & olim & hodie venerabundus aſſurgit totus pene orbis literarius: Pietate adeo venerabilis, ut apud plurimas Occidentis Eccleſias in Sanctorum numero habebatur, & *Sancti confeſſoris, & Epiſcopi beatæ recordationis, & egregiæ vitæ beatiſſimi ſacerdotis* nomen meruerit. At proh dolor! gravatur viri optimi memoria non apud recentiores modò, verùm apud veterum pleroſque hæreticæ pravitatis culpâ, quibus paſſim Arianus audit, & (ſi ita loqui fas ſit) Arianiſſimus, *princeps & ſignifer Arianæ factionis*, ut non uno loco de eo Hieronymus (*b*). Temerè quidem, & iniquiori, quàm par erat, cenſura. Fatendum eſt, illum in Platonicorum ſcriptis, libriſque Origenis multùm diuque verſatum, exinde nova quædam hauſiſſe, & phraſes minùs commodas, quandoq; & periculoſas, in chriſtianam theologiam induxiſſe. Quod tamen illi cum multis præteritorum ſæculorum doctoribus commune fuit, ſecurius, & audacter nimis de iis loquutis, de quibus nondum ſuum Eccleſia tulerat judicium. Nequaquam vero hæreſis Arianæ

(*b*) *ad Pammach. p.* 189. *Apol. adv. Ruf. p.* 199. *Apol.* II. *p.* 219.

rianæ κυρίαις δόξαις fuisse imbutum, aperte satis testantur loca plurima in scriptis ejus hodienùm extantia, quæ ipsa Arianismi fundamenta radicitus evellunt, qualia sunt, ubi Christum vocat (*a*) αὐτοθεὸν *per se Deum*, τὴν παμβασιλέα καὶ πανηγέμονα, καὶ αὐτὸν Θεὸν, *omnium regem, ac principem, ac per se Deum*, Θεοῦ δὲ τοῦ ἐπὶ πάντων ζῶντα καὶ ἐνάργῃ ὑπάρχοντα λόγον, κατ' οὐσίαν τε ὑφεστῶτα (*b*), *summi Dei vivum atque efficacem sermonem ac personaliter subsistentem, quippe qui* Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία, προέισι μὲν τῆς πατρικῆς θεότητός τε καὶ Βασιλείας *cum Dei virtus sit, atque sapientia, ex patris divinitate, & regno procedit*; esse eum ἕνα μὲν οὐσίαν, ὡς ἂν ἐξ ἑνὸς ὄντα πατρὸς, *essentia quidem unum, utpote ex uno editum Patre*: τὴν τοῦ Θεοῦ μονογενῆ λόγον τῷ αὐτοῦ πατρὶ συμβασιλεύειν ἐξ ἀνάρχων αἰώνων εἰς ἀπείρους καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας (*c*), *unigenitum Dei verbum a sæculis principio carentibus, ad infinita usque & interminata sæcula unà cum Patre regnare.* Quoties Marcellum ejusque sequaces velut immanis blasphemiæ reos damnat, quod ausi sint, διελεῖν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἕτερον θεὸν τὴν λόγον ὀνομάσαι οὐσίᾳ, τε καὶ δυνάμει διεστῶτα τοῦ πατρὸς (*d*), *dividere quidem Dei verbum, & verbum Deum alterum nominare, substantia & potentia differentem? Neque quicquam* (*e*) *secundum eos, haberet, cum paterna divinitate commune, sed per omnia componitur cum Creaturarum turba*, καθ' ὃ ἐξ οὐκ ὄντων ὑπέστη, *quod de nihilo procreabatur.* Mille sunt hujusmodi ubique obvia, e quibus plura alibi produximus (*f*). Nec parum ad rem facit, quod in Synodo Nicæna Ariana dogmata expressè damnavit, ejusque Symbolo non temere

Sæc. IV. ab an. ccc.

(*a*) *Hist. Eccles. lib.* 10. *c.* 4.

(*b*) *de laud. Const. c* 12. *p.* 639, 640.

(*c*) *ibid. c.* 2. *in init.*

(*d*) *Contr. Marcell. p.* 29.

(*e*) *Eccles. Theol. l.* 1. *c.* 10.

(*f*) *Vit. PP. Primit. Tom.* II. *in vit. Euseb. Num.* 22.

Sæc. IV. ab an. ccc. & inconſultò (ut ipſe nos docet) ſed longo demum & accurato inſtituto examine ſincerè & ex animo ſubſcripſit. Adeo ab omni plane Chriſtiana charitate abhorrent, qui eum vafrè & doloſè ſubſcripſiſſe volunt. Legant Epiſtolam ejus ad Cæſarienſes, & videant, quo animo id affirmare poſſint. Interim non negamus, ſcriptis ejus, tum ante, tum poſt Synodum Nicænam editis, ineſſe quædam duriùs & periculoſiùs dicta, & quæ æquum & candidum lectorem expetunt. Qua in re ſolitum candorem & ingenuitatem in doctiſſ. Petavio jure deſidero, qui plurima Euſebii noſtri loca durius interpretari, & in ſequiorem ſenſum detorquere ſolet. Scripſit vir undecunque doctiſſimus ſtylo quidem rudi & duriuſculo (τὴν γὰρ φράσιν οὐκ ἔστιν οὐδαμοῦ ὅτε ἡδὺς, οὔτε λαμπρότητι χαίρων, inquit Photius *) opera quam plurima, quorum Catalogum hoc loco texemus.

* Cod. XIII.

Scripta.

Chronicon, παντοδαπὴ ἱστορία, dictum; opus bipartitum: in prima parte hodie valde mutila, omnium ferè gentium, Chaldæorum, Aſſyriorum, Medorum, Perſarum, Lydorum, Hebræorum, Ægyptiorum, &c. origines, & res maxime memorabiles ab orbe condito proſequutus eſt. Et hujus longe majorem partem ex Africani chronographia deſumpſit, cujus ſcrinia egregie compilavit. In altera, quæ *Canon chronicus* dicitur, priorem quaſi in compendium redegit, totam temporum ſeriem in Decades dirimit, ducta-

que

que ab Abrahamo Epocha, cujusque gentis memorabilia ad suum quemque annum retulit. Utraque pars in Constantini vicennalibus terminatur, h.e. in an. Chr. 325. quo, paulo ante Synodum Nicænam, opus, ut mihi quidem videtur, absolutum est. Latinitate donatum est ab Hieronymo, qui suam tamen versionem additamentis, maxime in Romana historia hinc inde interpolavit. Græca desiderantur, quorum defectum ut suppleret Jos. Scaliger, quæcunque reperiri poterant, ex Syncello, Cedreno, & Chronico Alexandrino undiq; corrasit, quæ tamen omnia, an pro Eusebianis habenda sint, justa est dubitandi ratio. Opus quale quale jam est, cum Hieronymi versione, suisque animadversionibus in lucem emisit dictus Scaliger, *Lugd. Bat.* 1606. *Amstelodami* notis tertia parte auctioribus recusum an. 1658. Monendus est Lector, quod ex Theodoro Lectore habet Suidas, (a) Diodorum Tarsensem Episcopum, qui sub Juliano & Valente floruit, chronicon concinnasse, in quo Eusebii Pamphili in digerendis temporibus errorem castigavit.

Sæc. IV. ab an. ccc.

(a) in V. Διόδωρος.

Præparationis Evangelicæ libri xv. ad Theodotum Laodiceæ Episcopum: Scripti post concilium Nicænum, (quicquid in contrarium scribat Valesius) certissime post conditum chronicon, utpote in quibus Canones chronici diserte citantur. Opus profecto nobilissimum, & auro contra non charum, in quo, etsi nihil aliud esset, tot aurea veterum fragmenta nobis conservantur. Editum gr. l. cum notis Fr. Vigeri, *Paris.* 1628. fol.

Sæc. IV. ab an. ccc.

De Demonſtratione Evangelica: ex xx libris hodie extant non niſi x. in quibus cauſam Chriſtianam præcipue adverſus Judæos agit. Scripti ſunt eodem circiter tempore, quo priores. gr. l. editi *Pariſ.* 1628. fol. E. etiam, ut & de Præparat. Evangel. libri, græce ap. *Röb. Stephanum* 1544, 1545. quæ nitidiſſima eſt editio.

Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libri x. Eccleſiæ Chriſtianæ ſtatum ab ipſius incunabulis uſque ad Licinii Senioris necem, per annorum 324. decurſum continentes. Finivit hanc hiſtoriam Euſebius in pace Synodum Nicænam immediate præcedente, ſcripſit vero non niſi poſt aliquot annos: in ea enim meminit non modo Chronici, ſed & librorum de Demonſtratione Evangel. Hos etenim deſignari per ὑπομνήματα, peculiares commentarios, in quibus oracula Prophetarum de Domino noſtro Jeſu Chriſto edita ſe collegiſſe, firmiſſimiſque demonſtrationibus adſtruxiſſe ait, nemo non videt: Nec obſtat, quod nullam Concilii Nicæni mentionem faciat, cum ipſe teſtetur, eorum, quæ ſibi in condenda hac hiſtoria propoſuerit, id ultimum fuiſſe, ut oſtenderet, quam propitium ac benignum ſervatoris noſtri præſidium Eccleſiæ ſuæ demum effulſerit, nec fœlicem rerum exitum, deletis jam externis hoſtibus, internis Epiſcoporum rixis deformare voluit. His adde quod notat V. Cl. Ant. Pagi (a) ſolitos nempe iſtorum temporum ſcriptores opera ſua aut terminare, aut publicare in Imperatorum vicennalibus, & iſtiuſmodi feſtis. Quod multis exemplis, & in his, haç

(a) *Prolegom. ad Diſſert. Hypat.* Num. XXXIII, XXXIV, XXXV.

hac ipſa hiſtoria, & chronico Euſebiano probat. Inſcripſit hiſtoriam ſuam Euſebius Paulino Tyriorum Epiſcopo, amicorum familiariſſimo, quem Valeſius, e ſede Tyrienſi, ad Antiochenam tranſlatum eſſe vult: & ejus quidem auctoritate motus in ea opinione aliquando fui. Verùm re meliùs perpensâ, etſi libens concedo Paulinum Synodo Nicænæ aliquot annis ſuperfuiſſe, Eccleſiæ tamen Antiochenæ præſidiſſe nego. Neq; ulli veterum, unico excepto Philoſtorgio, id affirmant; nec ipſius Euſebii locus, quem ex lib. 1. contra Marcell. c. 4. pro ſe adducit Valeſius, rite intellectus id ſuadet, ex quo nil aliud exculpi poſſit, quam Paulinum Epiſcopatum Tyri tanta cum laude adminiſtraſſe, ut Antiochenſis Eccleſia in eo tanquam proprio bono (fuerat enim ejuſdem Eccleſiæ Presbyter) gloriari ſolita ſit. Interim haud bene ſibi conſtat doctiſſ. Valeſius, qui uno loco (a) hiſtoriam Euſebianā ante conciliū Nicænū ſcriptam eſſe affirmat, poſt paucas verò paginas, eam non niſi aliquot annis poſt Synodum Nicænam abſolutam ſcribit. Quam viri clariſſimi ἀσυμφωνίας merito miramur. Sed id illi facile condonamus, qui tantos inſumpſit labores, ut Hiſtoriam hanc omnibus numeris abſolutam, nec non accuratiſſima verſione, doctiſſimiſque annotationibus ornatam, & illuſtratam nobis daret: quam proinde edidit *Pariſ.* 1659. & denuo 1671. Pariſienſem editionem expreſſerunt, ſed infeliciter ſatis, Francofurtenſes an. 1672. f. Prodierat elegantiſſima & accuratiſſima editio

Sæc. IV. ab an. ccc.

(a) *Præf. de vit. & ſcript. Euſeb.*

Sæc. IV. ab an. ccc.

tio græca ex officina Rob. Stephani, *Pariſ.* 1544. f.

De Martyribus Paleſtinæ libet ſingularis, Hiſt. Eccleſiaſt. lib. 8°. ſubjectus.

Contra Hieroclem liber; quem ab Euſebio in Ægypto adhuc verſante ſcriptum cenſet Hen. Valeſius, quod tamen incertum. Scripſerat Hierocles, Judex Nicomedienſis, ineunte Diocletiani perſecutione, ad Chriſtianos libros duos φιλαλήθεις dictos, quibus inter alia comparationem Chriſtum inter & Apollonium Tyaneum inſtituit, ſpurciſſimumque Magum Domino noſtro paria vel etiam majora feciſſe contendit, teſte Lactantio (*a*), qui Hieroclem hunc ipſum librum recitantem coram audivit. Hanc comparationem, miſſis cæteris, refutandam Euſebius in ſe recepit; quod & præſtitit, breviter percurrendo totos octo libros, quos de vita Apollonii conſcripſit Philoſtratus, addita in fine Appendicula de Fato. Qua occaſione Joh. Jonſius (*b*) graviter erroris arguit, quotquot hunc librum Euſebio noſtro tribuunt, hoc nempe argumento ductus, quod Hieroclis libri de fato, quos habet Photius Cod. CCXIV. authorem habuerint Olympiodori æqualem, qui ſub Theodoſio juniore floruit. Eſto, interim erravit ipſe toto plane cœlo, vir cætera doctus, qui neque vidit Euſebium in iſta appendice non ſeptem illos de fato libros Photio memoratos refutaſſe, ſed ſolummodo Apollonii dogma de fato breviter perſtrinxiſſe; neque animadvertit Hieroclem adverſus quem Euſebius diſputavit, fuiſſe Bithyniæ ſub Diocletiano Præſidem, poſtea

(*a*) *Inſtit. lib.* 5. *c.* 2, 3, 4.

(*b*) *De Script. Hiſt. Philoſ. lib.* 3. *c.* 18. *p.* 304.

poſtea Ægypti Præfectum, non Philoſophum illum, de quo Photius, Nicomedienſi integro pene ſeculo juniorem. Extat hic Euſebii libellus cum libris de Præparat. Evangel. editus *Pariſ.* 1628. f. & ad calcem Philoſtrati de vit. Apollonii Tyanei. Sæc. IV. ab an. ccc.

Contra Marcellum (Sabellianiſmi in conciliabulo Conſtantinopoli an. 336. habito damnatum) libri 11. ipſius Synodi juſſu conſcripti.

De Eccleſiaſtica Theologia lib. 111. in quibus idem argumentum adverſus Marcellum latius pertractat. Hi quinque libri cum verſione & notis doctiſſimi viri Rich. Montacutii, Epiſcopi apud nos Ciceſtrienſis, libris de Præparat. Evang. edit. *Par.* 1628. ſubjuncti ſunt.

Epiſtola ad Cæſarienſes de fide Nicæna. Ext. ap. Socrat. l. 1. c. 8. Theod. lib. 1. c. 12.

De locis Hebraïcis, ſeu deſcriptio urbium & locorum S. Scripturæ, ordine Alphabetico diſpoſita, Paulino Tyriorum Epiſcopo inſcripta. Tranſtulit hunc librum olim Hieronymus & auxit, utpote qui in locis illis diu vixit. Et licet maximam partem interpretis officio functus ſit, quædam tamen immutavit, quædam perperam dicta correxit, & non pauca de ſuo addidit. Ipſum Euſebii librum ex Regia Bibliotheca Pariſienſi primus Græce extulit, cum antiqua Hieronymi, & nova a ſe adornata tranſlatione, notiſque non contemnendis edidit Jac. Bonfrerius *Pariſ.* 1659. cui commentarios in Joſuam addidit. f.

Oratio

Sæc. IV. ab an. ccc.

Oratio de laudibus Constantini, habita an. 335. in ejusdem Imperatoris Tricennalibus. E. ad calcem Hist. Ecclesiast.

De vita Constantini lib. IV. quos novissime conscripsit, in iis non accuratam vitæ Constantinianæ historiam tradere in animo habuit, sed tantum pulchriora facinora, & Posterorum memoriâ digniora seligere, præcipue quæ ad pietatem & Dei cultum spectare videbantur; quod more oratorio potiùs quàm historico præstitit. Hinc (notante Photio *) μικρόν τι πρὸς τὸ λαμπρότερον ἐπβεβίασται αὐτῷ ὁ λόγος, καὶ λέξεις εἰς τὸ ἀνδηρότερον ἐνιαχοῦ συνελήφθησαν, *nonnihil ad splendorem magis trahitur Oratio, quam in cæteris scriptis, vocesque ad floridum alicubi genus tendunt.* Frustra sunt, qui hos libros Eusebio nostro abjudicant, nec tanti sunt objectiones, ut in iis refutandis immoremur. Interim videant qui volunt, libri 2. capp. 45, 46. l. 3. c. 61. l. 4. capp. 33, 34, 35. & alibi passim. Hos libros H. Valesius recensuit, versione & notis illustravit, & pro more Hist. Ecclesiast. attexuit.

* *Cod.* 127.

Expositio in Canticum Canticorum. E. gr. una cum Polychronio & Psello *L. Bat.* 1617. 4°. a Meursio edita.

Vita Prophetarum, seu περὶ τῆς βιβλίκ τῶν προφητῶν ὀνομασίας, Eusebio nostro in vetusto exemplari adscribuntur. Eas cum Commentariis Procopii in Esaiam gr. lat. edidit Joan. Curterius *Paris.* an. 1580. f.

Arix-

Eclogarum propheticarum de Chriſto lib. IV. E. in Bibliotheca Viennenſi, teſte Cl. Lambecio, comment. de Bibl. Vindob. T. I. Addit. 3. Eaſdem eſſe opinor cum Eclogis quibuſdam in Prophetas minores, quas in Biblioth. Scorialenſi extare teſtatur Alex. Barvoetius. vid. Labb. nov. Bibl. MSS. Supplem. III. p. 185.

Commentarii in Iſaiam, quos non uno in loco extare nos docet Labbæus, Ibid. p. 22, 79, 184.

De Triduo Sepulturæ Domini. Labb. ib. p. 184.

In illud, *valde mane orto, &c. & de angelis ad Sepulchrum Domini.* E. in Bibl. Reg. Gall. teſte eodem Labb. ib. p. 273.

Scripta quæ non extant.

De Præparatione Eccleſiaſtica libri aliquot.

De Demonſtratione Eccleſiaſtica. vid. Phot. Cod. XI, XII.

Contra Porphyrium libb. XXX.

Ad Stephanum de Evangeliorum diſſonantia.

Περὶ Θεοφανείας lib. V.

In Pſalmos CL. Commentarii. Ex his fragmenta quædam extant in catena PP. in Pſalmos. gr. lat.

Περὶ τοπικῶν ὀνομάτων liber primus.

Apologiæ pro Origene lib. VI. quinque priores una cum Pamphilo carcere incluſus elaboravit, ſextum ipſe addidit.

De

Sæc. IV. ab an. ccc.

De vita Pamphili. lib. III. Hujus operis ipse meminit de Martyribus Palæstinæ cap. XI.

Confutationis & Apologiæ lib. II. de quibus Phot. Cod. XIII. quo loco addit, Eusebium duos alios libellos scripsisse, assertionibus quibusdam differentes, sensu vero & dicendi genere cum prioribus convenientes. Hisce puto designari Apologeticum, quo se ab Arianismi crimine purgavit: talis enim Apologetici ad omnes ubique Orthodoxos Episcopos missi meminit Gelasius Cyzicenus Historiæ Concil. Nicæn. lib. 2. c. 1.

Antiquorum Martyriorum collectio, undecim libris ab eo contexta, si Actorum S. Sylvestri Scriptori a Combefis edito fides sit habenda. Vastum opus, quod hodienum in regia bibliotheca S. Laurentii in Excuriali græcè extare dicitur, referente Fr. Bivario comment. in Dextr. Chron. ad an. 308. & utinam certe nobis liceret esse tam beatis. At vereor, ne fama mendax pro thesauro carbones, pro genuino Eusebii opere, fabulosas Metaphrastis quisquilias venditarit.

Descriptio Basilicæ Hierosolymitanæ.

De Festo Paschali liber.

Epistolæ ad Constantiam Constantini M. sororem, Licinii viduam, de imagine Christi. Hujus fragmentum extat Concil. Nicæni secundi Actione VI.

Epistola ad Alexandrum Episcopum Alexand. de Ario. Fragmentum etiam ext. loco citato.

Epistolæ ad Euphrationem Episcopum, a Presbyteris Alexandrinis (a) memoratur. E. Fragm. ubi supr. Act. 5. p. 365.

(a) *ap. Athan. de Synod. Arim. p.* 683.

Ἀρειαν-

Ἀρχαιολογία, seu ἀρχαιολογικὴ ἱστορία. Hujus duo extant fragmenta apud Anastasium Sinaitam, Quæst. XLI. & LXV. An forsan idem sit opus cum chronico seu παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, penes Lectorem judicium esto. Libri ejus ad Marinum sæpius citantur ab eodem Anastasio. SÆC. IV. ab an. CCC.

D. Basilius (a) memorat ejus τὰ ἐπαπορήματα περὶ τῆς ἀρχαίων πολυγαμίας: quod tamen fortassis non tam de aliquo integro opere, quam de præcedentis operis parte aliqua intelligendum est.

(a) *De Spir. S. c.* 29.

Scripta Dubia.

De fide adv. Sabell. lib. 2. *De Resurrectione. De Resurrectione & Ascensione Domini. De incorporali & invisibili Deo. De incorporali. De incorporali anima. De Spiritali cogitatu hominis. Quod Deus Pater incorporalis est. De eodem.* De eo, quod dicit Dominus. *Non veni pacem, &c.* De mandato Domini, *Quod dico vobis in aure. De operibus bonis & malis. De operibus bonis* ex Epist. 2da ad Corinth.

Hasce Homilias sub Eusebii nostri nomine Jac. Sirmondus Latine tantùm in Lucem emisit, *Par.* 1643. 8°. nulla alia ratione fultus (ut ipse in præfatione fatetur) quàm quod in duobus Codicibus MSS. Eusebii Cæsariensis nomen præferebant, unde pro genuinis Eusebianis passim citat Hen. Valesius. Ego potius Eusebio Emiseno eas adjudicarem.

FL. CON-

Sæc. IV. ab an. ccc. Fl. Constantinus, cognom. *Magnus*, è gente Claudia, Constantii Chlori ex Helena conjuge filius unicus, ex Britannia noſtra, vel ut alii, Naiſſo Illyrici oriundus, natus an. 272. Imperator factus an. 306. ad fidem converſus an. 312. qui deletis paulo poſt hoſtibus, & pace Orbi Romano reddita, ad res Eccleſiæ procurandas, convocatis undique Epiſcopis, impenſiori ſtudio animum adjecit, οἷά τις κοινὸς ἐπίσκοπος ὑπὸ Θεοῦ καθιερωθείς, inquit Euſebius (a) *velut communis omnium Epiſcopus a Deo Conſtitutus.* Obiit pientiſſimus hic, & quo eum elogio ornant ſequiores Græci, ἰσαπόστολος Imperator, impetrato prius ab adſtantibus Epiſcopis lavacro ſalutari, ipſis Pentecoſtes ſolenniis XI. Cal. Jun. an. Chr. 337. ætatis ſuæ LXVI. imperii XXX. cum decem menſibus, CP. in veſtibulo Baſilicæ SS. Apoſtolorum, quam ipſe conſtruxerat, ſepultus. E. gr. l. *Oratio ad SS. cœtum* ap. Euſeb. & alia ad Synod. Nic. De vit. Conſt. l. 3. c. 12. *Epp. plures*, ap. Euſeb. ib. l. 2. c. 46, &c. l. 3. c. 17, &c. Socrat. l. 1. c. 7, 9, 25, 34. Theod. l. 1. c. 16, 17, 20, 25, 27, 39. Gelaſ. Cyz. l. 1. c. 4. l. 2. c. 36. l. 3. c. 1, 2, 3. & C. T. 1. ut Conſtitutiones de perſonis & rebus Eccleſiaſticis, quæ Codicis Theodoſiani libro ultimo continentur, jam taceam.

(a) *De vit. Conſt. l. 1. c. 44.*

Hosius, gente Hiſpanus, Cordubæ, Senecæ & Lucani natalibus inclytæ, in provincia Bætica Epiſcopus, clar. an. 325. ſummæ in Synodo Nicæna auctoritatis; an. 347. Concilio Sardicenſi præſidebat. Formulæ Arianæ coactus ſubſcripſit Sirmii an. 357. ob.

circa

circa an. 361. Centenario major, postquam sedem suam Episcopalem ferme 70. annos tenuisset. Etenim sexagesimum a confessione sub Maximiano annum jam agebat, cum vis ei ab Arianis Sirmii inferretur, nec tempore Synodi Illiberitanæ illum recens tunc Episcopum factum esse, plura sunt, quæ suadere videntur. E. gr. l. *Ep. ad Constantium Aug.* ap. Athan. Epist. ad Solitar. p. 649. Ejus quoque operâ condita est Nicænæ fidei formula, fatentibus ipsis Arianis ap. Athan. loco cit. Sæc. IV. ab an. CCCI.

Eusebius, Luciani Discipulus, primùm Beryti, dein Nicomediæ, demùm C. P. Episcopus, Arii fautor summus, clar. an. 325. ob. an. circiter 342. E. *Ep.* unica ap. Theod. l. 1. c. 6. qua eadem prorsus cum Ario docet, filium nempe non modò κτιστὸν τῷ καὶ θεμελιωτὴν καὶ γενητὸν τῇ οὐσίᾳ, sed & alterum ab ingenito verè esse, & non ex ejus substantia factum, nec ullo modo participem naturæ illius, nec e substantia ejus existentem, verum natura & virtute prorsus diversum, ad perfectam licet similitudinem naturæ virtutisque factoris sui conditum. Aliam ejus Epistolam memorat S. Ambrosius (*a*), in concilio Nicæno lectam, ex qua vid. quæ citat Ambros. loc. laudato.

(*a*) *De fide l. 3. c. 7.*

Eustathius, genere Pamphilius, patria Sidetes, Beroeæ, dein Antiochiæ Episcopus, clar. an. 325. ab Arianis in exilium pulsus, circa an. 329. vel 330. E. gr. lat. Commentarius *in Hexaëmeron*, & Dissertatio *de Engastrimytho* adv. Origenem, cum notis, collectaneis, & dissertationibus L. Allatii *Lugd.*

Sæc. IV. ab an. ccc.

1629. 4°. & Frr. ap. Theod. Hist. l. 1. c. 8. & Dialog. 1, 11, 111. Orat. ad Constant. Imp. in Synodo Nic. habetur Lat. in Sermone Gregorii Presbyteri de PP. concilii Nicæni ap. Sur. Jul. x. Num. 6.

Jacobus, Syrus, *Sapiens* dictus, ex monacho Nisibenus Episcopus, clar. an. 325. ob. regnante adhuc Constantio. vid. Theod. Hist. Relig. c. 1. de opp. ejus vid. Gennad. de Script. c. 1. N. E. Næ vero illi lepide nugantur, qui Jacobum nostrum Canonum LXXXIV. Arabicorum Nicæni concilii compilatorem faciunt.

Athanasius, Alexandrinus, ab an. 326. ex Diacono Alexandriæ Episc. Arianorum odium simul & flagellum; depositus in Synodo Tyria an. 335. Treverim in exilium missus an. 336. ob. in pace an. 371. E. *Opp.* gr. l. *Heidelb.* 1601. *Paris.* 1627. 2. vol. fol. quæ pulchrior quidem est & nitidior editio: in hoc verò palmam ei præripit *Commeliniana*, quod indices tum in cæteris, tum præsertim in re historica longe copiosiores & accuratiores habeat. Stylum Athanasianum magnopere deprædicat Photius (*a*), ut elegantem, splendidum, perspicuum, brevem & simplicem; peculiarem verò gratiam ac venustatem, καὶ τὸ πιθανὸν in Epistolis & Apologeticis elucere scribit.

(*a*) *Cod.* 32, 139, 140.

Commodianus, natione forsan Italus, ex Gentili Christianus, clar. circa an. 326. E. *Institutiones adv. Paganos*, cum Cypriano editæ *Paris.* 1640, 1666. f. B. PP. T. XXVII. p. 12. primum a Rigaltio ex Sirmondi Apographo cum notis in lucem emissæ. Opus est Metro-

tro-prosaicum, nullis quidem metri legibus servatis, sed quod poematii formam & ingenium imitatur, totum est Ἀχρόστιχον. Sæc. IV. ab an. ccc.

Donatus, Afer, Donatistarum ap. Carthaginem Episcopus, innotescere cœpit circa an. 329. Carthagine pulsus, an. 356. de eo Hier. de Script. c. 93. N E.

Juvencus, Hispanus, Dignitate Presbyter, Poeta non ignobilis, clar. an. 330. E. *Historia Evangelica*, præcipue secundum S. Matthæi ductum disposita, sermone quidem simplici, nec satis uberi vena, animo tamen candido, & qui sacra tractantem decet, pio castoque. Edita est B. PP. Tom. IV. p. 55. & *Bas.* 1541. 8°. *Lugd.* 1603. & inter poetas Christianos cum not. Fabricii *Bas.* 1564. 4°.

Antonius, ex Coma in Ægypto ortus, Monachorum Pater & Princeps, clar. an. 330. ob. an. 357. Ætat. CV. E. Opuscula Lat. B. PP. T. IV. p. 85. Sermonum lib. II. sub ejus mine Sp.

Asterius, Cappadox, ex Sophista Gentili Christianus, Luciani Discipulus, Arii familiaris; clar. circa an. 330. E. Frr. hinc inde ap. Athan. de Synod. Arim. p. 684. Orat. III. contra Arianos p. 217. IV^a. p. 252. & alibi sæpius. Quædam habet Acacius ap. Epiphan. Hæres. LXXII. Num. 6. quædam denique Marcellus ap. Euseb. l. I. contra Marcel. c. 4. Sunt hæc fragmenta famosi istius *Syntagmatis*, cujus toties meminit Athanasius, in quo palam asseruit, præter Christum aliam esse in Deo sapientiam, ipsius Christi & mundi conditricem, filium esse ὄνα τῶν πάντων, πρῶτον δὲ τῶν γενητῶν, nec alio sen-

Sæc. IV. ab an. ccc.

ſu Dei virtutem eſſe, quam quo locuſta & bruchus apud Moſem Dei virtus eſſe dicitur, cum ſexcentis iſtiuſmodi blaſphemiarum portentis, quæ ὁ πανοῦργος καὶ πολυκέφαλος σοφιστὴς, ὁ καὶ τῆς αἱρέσεως συνηγόρος, uti Athanaſio dicitur, in Chriſtum evomuit.

Marcellus, Ancyræ in Galatia Epiſcopus, clar. an. 330. depoſitus an. 336. reſtitutus 347. ob. admodum ſenex an. 372. pro Hæretico habitus. E. gr. l. *Epiſt.* ap. Epiphan. Hæreſ. LXXII. Num. 2, 3. & Frr. ap. Euſeb. in libris adv. Marcel. & Epiph. ib. Num. 6. *Expoſitio fidei* ab ejus diſcipulis Synodo Diocæſarienſi oblata ibid. Num. 9.

Theodorus, Thrax, Heracleenſis Epiſcopus. clar. circa an. 334. Arianæ factionis homo. ob. circa an. 358. E. gr. l. *comment. perpetuus in Pſalmos* præmiſſus Catenæ vett. PP. in Pſalm. quam gr. l. edidit B. Corderius *Antw.* 1643. 3. vol. f. Frr. ap. auctorem Catenæ in Luc. *Antw.* 1630. f. de aliis ejus operibus quæ N.E. vide ſis Hieron. de Script. c. 90. Epiſt. ad Auguſt. inter Epp. Aug. undecimam. Alter erat Theodorus, ſive potius Dorotheus (ſemel quidem Theodorum nuncupat Philoſtorgius) Heracleæ etiam Epiſc. Arianus, qui circa an. 370 ex ſedis ſuæ prærogativa Demophilum CP. Epiſcopum ordinavit, poſtea Antiochiam tranſlatus, ſub Theodoſio M. inde ejectus. Hunc cum noſtro malè confundit Jac. Gothofredus (*a*), ob id a Cl. Valeſio (*b*) jure reprehenſus.

(*a*) *Diſſert. in Philoſt. l.* 8. *c.* 17. *l.* 9. *c.* 14, 19.
(*b*) *Annot. in Philoſt. l.* 9. *c.* 13.

Juli-

Julius Ruſtici filius, ab an. 337. Romanus Epiſc. ob. an. 352. E. gr. l. *Epp.* 11. ap. Athan. Apol. de fuga. & Apol. 11. duæ aliæ C. T. 111. ſed Sp. de ſcriptis ei ſuppoſitis vid. Leont. Byzant. lib. de Sect. Act. VIII. p. 526. erravit proinde Gennadius (*a*), qui Epiſtolam ad Dionyſ. Corinth. ejus eſſe exiſtimavit. Sæc. IV. ab an. CCC.

(*a*) *De Script. c.* 2.

Julius Firmicus Maternus V. C. primò Gentilis, dein Chriſtianus, clar. circa an. 340. E. liber adv. *Gentiles*, *L. Bat.* 1662. *Heidelb.* 1599. 8°. B. PP. T. IV. p. 164. *De Aſtronomicis* vid. Labb. Tom. 1. De Script. pag. 660.

Acacius, Μονοφθαλμὸς dictus, Euſebii Diſcipulus, & in Sede Cæſarienſi ſucceſſor, an. 340. Homo in fide varius, & ingenio vafer, depoſitus an. 347. iterumque 360. ob. circa an. 366. E. Fr. ap. Epiphan. Hæreſ. LXXII. Num. 6, 7, 8, 9. confer Socrat. l. 2. c. 4. & Hier. de Script. c. 98.

Fortunatianus, Afer, Aquileiæ in Italia Epiſcopus. clar. circ. an. 340. a Catholicis tranſiit ad Arianos, an. 354. quin & Liberii Romani pro fide exulantis conſtantiam conſiliis ſuis & monitis effregit, & in partes ſuas pertraxit. Scripſit commentarios in Evangelia, de quibus vid. Hier. de Script. c. 97. N. E.

Triphyllius, Spiridonis diſcipulus, Ledrorum in Cypro Epiſc. clar. circa an. 340. vir omnium ſuæ ætatis eloquentiſſimus, vid. Sozom. l. 1. c. 11. Hier de Script. c. 92. N. E.

Eusebius, Edeſſenus, ab an. 341. Epiſc. Emiſenus, ſecta Semiarianus, Conſtantio Imp.

Sæc. IV. ab an. ccc. chariſſimus. E. Lat. *Homiliæ variæ Pariſ.* 1575. *Antw.* 1602. 8°. Sp. Frr. gr. l. ap. Theod. Dialog. III. p. 172.

GEORGIUS, Epiſc. Laodicenus, Semiarianus, Synodo Antiochenæ interfuit an. 341. E. *Ep.* ejus adv. Aetium ap. Sozom. l. 4. c. 13. excerpta ex lib. de vita Euſebii Emiſeni ap. Socrat. l. 2. c. 9. confer l. 1. c. 24. de libris adv. Manichæos vid. Theod. hæret. fab. l. 1. c. 28. Phot. Cod. LXXXV.

PACHOMIUS, Ægyptius, Monachorum Tabennenſium auctor atque inſtitutor, clar. præcipue circ. an. 341. ob. an. 350. ut alii, 360. E. Opuſc. Lat. B. PP. T. IV. p. 86. *Monita* quædam *Spiritualia*, brevicula quidem illa, ſed vere aurea, primus ſub ejus nomine edidit Latine Ger. Voſſius in Append. ad Greg. Thaumat. *Mogunt.* 1604.

THEODORUS, Presbyter, Pachomii ſocius & ſucceſſor, clar. an. 344. vid. Gennad. c. 8. N. E.

ORESIESIS, Monachus Tabennenſis, Pachomii & Theodori collega, clar. an. 344. E. *Regulæ Monaſt.* Lat. B. PP. T. IV. p. 92. Junioris cujuſdam Orieſis eſt libellus *de ſex cogitationibus* ap. Caniſ. T. V. Part. II. p. 951.

VITELLIUS, Afer, Donatiſta, clar. circa an. 344. de eo Gennad. c. 4. N. E.

MACROBIUS, Afer, ex Presbytero Catholico Donatiſtarum ap. urbem Romam Epiſc. claruiſſe videtur circ. an. 344. Gennad. ib. c. 5. N. E.

PHOTINUS, Galata, Sirmienſis Epiſc. clar. præcipue ab an. 344. ſæpius ob hæreſin damnatus, in Synodo Sirmienſi an. 351. depoſitus,

positus, ob. an. 377. scripsit plura, quæ N. E. Sæc. IV. an an. CCC.

Basilius, Ancyranus, primum arcis Mecheæ (teste Hieronymo) * dein deposito Marcello Ancyranus Episc. Semiarianorum primipilus, clar. præcipue ab an. 347. vide quæ de eo habent Socrates l. 2. c. 42 Sozomenus l. 4. c. 24. Theod. l. 2. c. 25. Epiphan. Hæres. LXXI. de Scriptis ejus consulas Suidam (*a*). N. E. * *De Script. c.* 89. (*a*) *in* V. Βασίλ.

Serapion, Ægyptius, ex monachorum præfecto Thmuitarum Episc. clar. an. 347. ob. circ. an. 358. E. Lat. liber *adv. Manichæos* B. PP. T. IV. p. 160. & ap. Canis. T. V. p. 1. auream ejus sententiam memorat Socrates l. 4. c. 23.

Cyrillus, Ecclesiæ Hierosol. Presbyter & Catechista circ. an. 347. ab an. 350. ejusdem Episc. sæpe ab Arianis sede pulsus, a Synodo CP. generali an. 381. in integrum restitutus. ob. in pace an. 386. E. *Opp.* gr. l. *Paris.* 1608. 4°. 1622. fol. Orat. *de occursu Domini* Auct. B. PP. gr. l. T. II. p. 849. Lat. *Ep.* ad August. de miraculis Hieronymi, sed Sp.

Liberius, ab an. 352. Rom. Episcopus, ob fidem exul, formulæ Arianæ subscripsit Sirmii an. 358. ob. an. 366. E. *Dialogus* gr. l. ap. Theod. l. 2. c. 16. *Epp.* XIII. C. T. II. & duæ Sp. ib. p. 760.

Hilarius, Aquitanus, Episc. Pictaviensis, clar. an. 354. ob fidem relegatus: ob. an. 369. E. *Opp. Paris.* 1605, 1631, 1652. fol.

Eusebius, Sardus, ex Lectore Romano Vercellarum Episc. clar. an. 354. exulavit

SEC. IV. ab an. CCC.

an. 355. ob. an. 371. E. *Epp.* 4. ap. Baron. ad ann. 355, 356. Sur. Aug. 1. Hilar. in *Fragm.*

LUCIFER, Calaritanus in Sardinia Episc. clar. an. 354. in exilium missus an. seq. Schismatis Luciferiani pater. ob. an. 371. E. *Opp. Paris.* 1568. 8°. & B. PP. T. IV. p 181.

HILARIUS, e Sardinia oriundus, diaconus Rom. exul an. 355. postea Luciferianus, adhuc in vivis an. 384. E. *Comment. in Epp. Pauli* ap Ambros. *Quæst. in V. & N. T.* ap. August. D.

POTAMIUS, Hispanus, Odyssiponæ civitatis Episcopus, ex Catholico Apostata Arianus, Ariminensi formulæ subscripsit an. 357. E. *Ep.* ad Athanas. ap. Dacher. T. II.

PHÆBADIUS, Gallus, Agenni Episc. clar. an. 359. in vivis adhuc an. 392. E. lib. *adv. Arianos Par.* 1586. & B. PP. T. IV. p. 309. scripsisse & alia opuscula testis est Hieronymus (*a*), sed a se necdum lecta. Ph. quidem Labbæus (*b*) ait, Sophronium in Metaphrasi Græca insinuare, se opuscula illa vidisse, quæ miror viro doctissimo excidisse. En Hieronymi verba, *dicuntur & ejus alia esse opuscula, quæ nec dum legi.* Hæc strictè satis, hunc in modum vertit Sophronius, λέγονται αὐτοῦ καὶ ἕτερα εἶναι σπουδάσματα, οἷς οὔπω ἐνέτυχον. Nec hac de re verbum amplius addit.

(*a*) *De Script. c.* 108.

(*b*) *Dissert. de Script. T.* 2. *p.* 229.

AETIUS, Antiochenus, cognomento *Atheus*, ex Aurifabro primum diaconus, dein Episc. clar. an. 360. ob. an. circiter 366. E. gr. l. *libellus de fide* ap. Epiph. Hæres. LXXVI. Num. X.

EUNC-

EUNOMIUS, Cappadox, Aetii diſcipulus, Epiſc. Cyzicenus, hæreſis ab Aetio conditæ propugnator, clar. an. 360. ob. circ. an. 394. E. gr. l. *libellus de fide* ap. H. Valeſ. Annot. in Socr. l. 5. c. 10. & Frr. ap. Epiph. Baſil. & Nyſſen. vid. quæ habet Phot. Cod. CXXXVIII, CXXXIX. SÆC. IV. ab an. CCC.

MELETIUS, ex Epiſcopo Sebaſteno ab an. 360. Epiſc. Antiochenus, fide quidem Catholicus, communi ſuffragio, etiam Arianorum electus. E. gr. l. Sermo in illud, *Dominus me condidit*, *&c.* ap. Epiph. Hæreſ. LXXIII. a Num. 29. ad 34.

AQUILIUS SEVERUS, gente Hiſpanus, clar. an. 360. vid. Hier. c. III. N. E.

ZENO, Epiſc. Veronenſis, clar. circa an. 360. aliquot ante D. Ambroſium annis. alii martyrem faciunt circ. an. 260. E. *Opp. Veron.* 1586. & B. PP. T. III. Sp.

APOLLINARIUS ſenior, Alexandrinus, ex Grammatico Presbyter Laodicenus, clar. circa an. 362. E. gr. l. *metaphraſis pſalmorum Par.* 1580. 8°. & inter poetas Chriſt. *Par.* 1624. f. & Tragœdia, titulo *Chriſtus Patiens*, inter *Opp.* Naz. quæ hujus potius, quam junioris Apollinarii eſſe judicamus.

TITUS, Boſtrorum in Phœnicia Epiſc. clar. circ. an. 362. ob. an. circ. 371. E. Lat. lib. 3. *adv. Manichæos*, B. PP. T. IV. & ap. Caniſ. T. 5. p. 36. Fr. ex lib. 1. ap. Phot. Cod. CCXXXII. & *comment. in Luc.* in Auct. PP. gr. l. T. II. ſed Sp.

VICTORINUS, Afer, V. C. ex Rhetore Gentili Chriſtianus, clar. an. 362. de illo vid. Auguſt. Confeſſ. l. 8. c. 2, 5. ob. circ. an.

Sæc. IV. ab an. ccc. an. 370. Scriptor admodum perplexus. E. *Opp.* B. PP. T. IV. p. 253, 294. librum *adv. Manichæos*, & alterum *de principio diei* edidit Sirmondus in Opuſc. dogmat. p. 153. *Par.* 1630. 8°.

Candidus, ſecta Arianus, (nec de illo quicquam amplius mihi hactenus compertum) clar. circ. an. 364. Scripſit ad Marium Victorinum de generatione divina librum, qui E. una cum Victorini confutatione Zeiglero in Geneſ. ſubjunctus *Baſil.* 1548. f.

Ulphilas, Gothus, Gothorum Epiſc. ex Catholico Arianus, literarum Gothicarum inventor, clar. cir. an. 365. N. E.

Damasus, Hiſpanus, Romanus ab an. 366. Epiſc. ob. an. 384. ætat. LXXX. E. *Opp.* omnia *Rom.* 1638. 4°. *Par.* 1672. 8°. E. *Epp.* C. T. II. *Epitaphia* & *Elogia* B. PP. T. V.

Euzoius, ſecta Arianus, ab an. 366. Cæſarienſis in Palæſtina Epiſc. ſede ſua pulſus an. circ. 380. de ſcript. vid. Hieron. c. 113. N. E.

Epiphanius, Palæſtinus, ex præfecto monachorum ab an. circiter 368. Salaminæ ſive Conſtantiæ in Cypro Epiſc. Hæreticorum malleus. ob. decrepita ætate an. 403. E. *Opp.* gr. l. 2. vol. *Pariſ.* 1622. *Col.* 1682. f.

Optatus, Afer, Milevi in Numidia Epiſc. acerrimus Donatiſtarum oppugnator, clar. an. 368. E. *Opp. Par.* 1631. f. *Lond.* 1631. 8°. *Par.* 1675. fol. variis notis & diſſertationibus ornata.

Pacianus, Hiſpanus, Barcelonæ Epiſc. clar. circa an. 370. ob. ſub Theodoſio. E. opuſcula *Rom.* 1564. & B. PP. T. IV. p. 305, 315.

Gre-

GREGORIUS, Bæticus, Episc. Illiberitanus clar. circ. an. 370. vixit adhuc an. 392. E. lib. *adv. Arianos Rom.* 1575. 4°. & alibi. SÆC. IV. ab an. ccc.

EPHRÆM, Syrus, Nisibenus, ex monacho Diaconus Edessenus, *propheta Syrorum* cognominatus (teste Hebedjesu in Catalogo (*a*), quem de libris Chaldæorum edidit) clar. an. 370. ob. circ. an. 378. vir Syro sermone eloquentissimus. E. *Opp.* Lat. 3. Tom. *Rom.* 1589. *Col.* 1603. *Antw.* 1619. fol. vid. quæ de eloquentia, scriptisque ejus habent Hieron. de Script. c. 115. Sozomen. lib. 3. c. 16. Photius Cod. CXCVI. (*a*) C. 60. p. 25.

BASILIUS M. Ponticus, Libanii discipulus, ab an. 370. Cæsareæ Cappadocum Episc. ob. an. 378. E. *Opp.* gr. l. 3. vol. *Par.* 1618, 1637. f. Orat. 2. gr. l. ap. Coteler. Monument. Eccles. Græc. T. 1. *Epp.* II. ad Apollinarium ibid. T. II. sed ut videtur, Sp. ad commodiorem operum S. Basilii intelligentiam non parum conferet Fr. Combefis *Basilius restitutus*, in quo ex optimis MSS. textum castigavit, auxit, illustravit, versiones recensuit. Edidit hoc opus *Paris.* 1679. 2 vol. 8°.

GREGORIUS, Arianzi prope Nazianzum in Cappadocia natus, Basilii collega conjunctissimus, *Theologus* dictus, clar. an. 370. primò Sasimorum, dein an. 380. CP. Episc. pro pace Ecclesiæ sede sua anno seq. se abdicavit, ob. in patria an. 389. ætat. LXV. unde falsum esse Suidam necesse sit, qui illum nonagenario majorem obiisse scribit. Sermone usus est grandi, sublimi, & ubique majestatis pleno, de quo audiamus Philostorgii

Sæc. IV. ab an. ccc. (a) *ap. Suid. in* V. Απολλ. Βασίλ. Γρηγ.

ſtorgii (*b*), hominis etiam Ariani judicium, qui Gregorium cum Baſilio & Apollinario conferens, ait, Apollinarii ſermonem commentationibus eſſe aptiorem, Baſilii in genere Panegyrico ſplendidiſſimum, τῷ δὲ Γρηγωρίῳ καὶ παρ' ἀμφοτέροις ὑξεταζομένῳ, μείζω βάσιν εἰς συγγραφὴν εἶχεν ὁ λόγος. Καὶ ἦν εἰπεῖν, Ἀπολλιναρίου μὲν ἀδρότερος, Βασιλείου δὲ σταθερώτερος. *At Gregorii cum utroque comparati Oratio, ſublimiorem in ſcriptione locum obtinuit. Etenim Apollinario erat uberior in dicendo; Baſilio verò gravior.* E. *Opp.* gr. l. 2 vol. *Par.* 1609. & 1630. f.

Cæsarius Greg. Nazianzeni frater natu minor, arte Medicus, dignitate Quæſtor Imperialis, clar. ab an. 362. ob. ante fratrem an. 368. E. gr. l. *Dialogi* iv. in Auct. B. PP. T. i. Sp.

Apollinarius junior, Laodicenus, ſenioris filius, ex Lectore Laodiceæ Epiſc. clar. an. 370. hæreſis ab eo cognominatæ parens, inde non una vice damnatus, ob. ſub Theodoſio. E. Frr. ap. Theod. Dialog. i, ii, iii. & C. T. vi. p. 313. nec non in Catenis vett. *Epp.* ii. ad Baſil. ap. Coteler. Monument. T. ii. at forſan Sp.

Dionysius, qui Areopagitæ nomen ſplendide mentitur, hoc circiter tempore ſcripſiſſe videtur; forſan non alius quam Apollinaris Antiſtes Laodicenus, cujus jam facta mentio, qua de re nos alibi (*a*). Fateor (quod vidit olim S. Maximus*) in his libris Chiliaſtarum damnari ſententiam, quam tamen Apollinarium foviſſe tradunt veteres. At quis neſcit eos, qui ſub alieno nomine merces ſuas extrudere ſolent, quò ſpecioſius fucum

(*a*) *Tom.* I. *PP. Primit. in vit. S. Dionyſ. Num.* 13, 14, 15.

* *Schol. in S. Dionyſ. l. de Eccleſ. Hierarch. c.* 7.

fucum faciant, dogmata uteunque a ſuis aliena, præſertim ſi ævo, quod ſibi fingunt, apprime congruant, quandoque immiſcere? Verum in hac re nihil ſtatuo. E. *Opp.* gr. l. *Par.* 1615. & *Antw.* 2 vol. 1634. fol. Sæc. IV. ab an. ccc.

Amphilochius, ex monacho Pontico Iconii Epiſc. clar. an. 370. obiiſſe videtur circ. an. 395. E. *Opp.* gr. l. *Pariſ.* 1644. fol. in quibus multa D. *Ep.* Synodica gr. l. ap. Coteler. monument. T. II. p. 99.

Didymus, Alexandrinus, monachus, oculis pene a puero captus, omni doctrinæ genere floruit, ſcholæ Alexandr. præfectus. clar. an. 370. in vivis an. 392. E. Lat. opuſcula B. PP. T. IV. p. 320. lib. *adv. Manichæos*, gr. l. ap. Combef. Auct. 1672. vid. Caniſ. T. V. p. 17. Poſſev. T. I. Frr. plura occurrunt in Catenis veterum.

Petrus, ex Archipresbytero ab an. 371. Epiſc. Alexandrinus, ab ipſo Athanaſio deſignatus, mox ab Arianis expulſus. de obitu N. L. E. *Epiſtolæ* Fr. ſatis amplum ap. Theod. l. 4. c. 22.

Lucius, partis Arianæ ap. Alexandriam Epiſc. clar. an. 371. mire in Catholicos ſæviit, ſede ſua ſub Theodoſio pulſus. E. Fr. gr. l. in Concilio Lateran. C. T. VI. p. 313.

Proba Falconia, Anicii Conſulis (Adelphi proconſulis inquit Iſidorus *) uxor clar. an. 371. quo maritus conſulatum geſſit. E. *Cento Virgil.* B. PP. T. V. & *Par.* 1578. *Col.* 1601. 8°. * *Iſid. Hiſp. de Script. c. 5.*

Macarius ſenior, Ægyptius, monachus Scetenſis, & Presbyter, M. Antonii diſcipulus,

Sæc. IV. ab an. ccc. lus, clar. circ. an. 373. exactis in ſolitudine annis 60. ob. nonagenarius an. (ut volunt) 391. E. gr. l. *Homiliæ L. Par.* 1559. *Francof.* 1594. 8°. *Par.* 1623. fol. D.

Macarius junior, genere Alexandrinus, Presbyter & Archimandrita Nitrienſis, alterius Macarii σύγχρονος, mortuoque ſuperſtes, moribus hilaris ac feſtivus, quum alter auſterus erat & inurbanus, qua de re vid. Suidam: ob. circ. an. 404. E. Lat. *Regula Mon.* a P. Roverio edita in Hiſt. Reomænſ. D.

Ambrosius, origine Romanus, ortu Gallus, natus an. 333. ex Ligurum præfecto ab an. 374. Mediolanenſis Epiſ. invicti animi præſul. ob. an. 397. E. *Opp.* Tom. v. *Baſ.* 1567. *Rom.* 1581. *Par.* 1632. f. nonnullis etiam videtur Ambroſius eſſe auctor librorum de excidio Judæorum, qui ſub *Hegeſippi junioris* nomine circumferuntur, ſaltem ſcriptor iſte erat Ambroſio σύγχρονος. E. hi libri cum Scholiis Gualtheri *Col.* 1575. 8°. & ap. Laur. de la Barre in Hiſt. Chriſt. p. 399. f. & *Col.* 1521. f.

Gregorius, gente Ponticus, Baſilii frater, Nyſſenus in Cappadocia Epiſc. clar. an. 375. ob. ut videtur, an. circ. 395. E. *Opp.* gr. l. 3 vol. *Par.* 1615, 1618, 1638. fol.

Petrus, Baſilii & Gregorii frater natu minimus, a D. Baſilio Sebaſteæ Cappadocum Epiſc. ordinatus, clar. an. 376. E. *Ep.* ap. Nyſſen. libris adv. Eunom. præfixa. N. B. *Lector, tres fratres uno eodemque tempore, & in eadem regione Epiſcopos, omnes pietate & doctrina celebres.*

Diodo-

Diodorus, Presbyter & Archimandrita Antiochenus, ab an. circ. 378. Tarsensis Episc. Nestorii præceptor, qui ex eo ejusq; scriptis multa minus sana hausit. ἔστι τὴν φράσιν καθαρός τε καὶ εὐκρινὴς, inquit Phot. E. ex libris VIII. *adv. Fatum* ampla satis excerpta ap. Phot. Cod. CCXXIII. composuit (inquit Hebedjesu *) libros numero LX. quos combusserunt Ariani, aliquot vero remansisse ait, quos ibi enumerat.

Sæc. IV. ab an. CCC.

* *Catal. lib. Chald. c. 26. p. 20.*

Hieronymus, Dalmata, urbe Stridonensis, natus circ. an. 329. inclarescere cœpit ab an. 378. quo Presbyter a Paulino Antiocheno ordinatus, eremi Bethlemitici incola factus an. 383. scripsit catalogum 392. ob. Bethlemi 420. ætat. XCI. E. *Opp.* 4 vol. *Bas.* 1553. *Antw.* 1578. Tom. VI. *Par.* 1643. f. *Francof.* Tom. XII. 1684. cum omnium notis & commentariis. Præfatio libri, qui *Comes* appellatur ap. Dacher. Spicileg. T. XIII.

Gelasius senior, Cyrilli Hierosol. nepos, ab an. circ. 380. Cæsareæ Palestinæ Episc. scripsit adhuc exeunte hoc sæculo. vid. Phot. Cod. LXXXIX. E. Fr. ap. Theod. Dial. III. p. 167.

Timotheus, Petri Episcopi Alexandrini frater, & in sede successor, clar. an. 380. ob. circ. an. 385. E. gr. l. *Responsa Canonica* ap. Balsam. in comment. *Par.* 1618. *Oxon.* 1672.

Evagrius, Ponticus ex Iberorum urbe, Nazianzeni Archidiac. a quo philosophiam & S. literas didicit, postea utriusque Macarii in vita ascetica discipulus, clar. ab an. 380. E. gr. l. lib. *de octo cogitationibus* cum Palladio

Sæc. IV. ab an. ccc. Palladio de vit. Chryſoſt. *Par.* 1680. Frr. ap. Socr. l. 3. c. 7. l. 4. c. 23.

Maximus, Alexandrinus, Philoſophus Cynicus, clam Nazianzenum amicum ſuum ſe CP. Epiſc. ordinari curavit circ. an. 380. mox inde pulſus. N. E.

Nemesius, ex philoſopho Chriſtiano Epiſc. ut volunt, Emiſenus, clar. circa an. 380. alii illum Sæculo V. aſcribunt. verum incerta omnia: de eo enim plane ſilent veteres. E. gr. l. de *natura Hominis Antw.* 1565. *Oxon.* 1671. 8°. Auct. B. PP. T. II. p. 466.

Philastrius, Brixienſis in Italia Epiſc. Ambroſii familiaris clar. an. 380. ob. an. 387. E. lib. *de Hæreſibus Baſ.* 1528. *Helmſtad.* 1611. 8°. B. PP. T. V. p. 701.

Nectarius, Tarſenſis, ex Senatore ab an. 381. Epiſc. CP. ob. an. 397. E. Lat. *Homil. de S. Theodoro Par.* 1554. 8°. *D. ſententia Synodalis* de Epiſcopatu Boſtrenſi gr. l. Jur. Gr. Rom. l. 4.

Flavianus, nobili genere natus, primò monachus, dein Presbyter, denique ab an. 381. Epiſ. Antiochenus, communi Concilii CP. ſuffragio electus, cujus cura & prudentia ſchiſma Antiochenum tandem extinctum eſt, & populus a longo tempore diviſus in unum coaluit. E. Frr. ap. Theod. Dialog. I. p. 43. II. p. 105. aliquot ejus Epiſtolas memorat Phot. Cod. LII.

Priscillianus, Hiſpanus, Epiſc. Abulenſis clar. an. 381. factione Idacii, &c. ap. Maximum tyrannum accuſatus, & ab eo Treveris occiſus an. 389. N. E.

Hel-

Sæc. IV. ab an. ccc.

Helvidius, Auxentii Mediolanenſis diſcipulus, Hieronymi in controverſia de Virginitate adverſarius clar. circ. an. 382. N. E.

Faustinus, Schiſmatis Luciferiani Preſbyter, clar. an. 384. E. Opuſc. *Par.* 1650. *Oxon.* 1678. 8°. B. PP. T. v. p. 637, 651.

Marcellinus, ejuſdem temporis & ſchiſmatis Presbyter, una cum Fauſtino libellum precum Theodoſio Imp. obtulit. E. cum Fauſtini opuſc.

Siricius, ortu Romanus, ab an. 385. Romæ Epiſc. ob. an. 398. E. *Epp.* quinque C. T. 2. p. 1017.

Idatius Clarus, diverſus ab Ithacio Epiſc. Soſſubenſi, Hiſpanus Epiſc. Priſcilliani accuſator, clar. an. 385. E. lib. *adv. Varimadum* Arianum B. PP. T. v. p. 726. & ſæpe alibi.

Matronianus, Hiſpanus, Priſcilliani aſſecla clar. an. 385. una cum eo gladio percuſſus an. 389. vir valde eruditus, & in metrico opere veteribus comparandus, inquit Hieronymus de Script. c. 122. N. E.

Tiberianus, Bæticus, factionis Priſcillianeæ comes, clar. an. 385. ab an. 389. in Sylinam inſulam relegatus. Scripſit Apologeticum tumenti compoſitoque ſermone. N. E.

Joannes, ab an. 386. Epiſc. Hieroſolymitanus, Epiphanii adverſarius acerrimus, ob. circ. an. 416. E. Lat. *de inſtitut. monach.* B. PP. T. v. D.

Gaudentius, Brixienſis in Italia Epiſc. Philaſtrii ſucceſſor ab an. 387. ob.

Sæc. IV. ab an. CCC. an. 410. vel forſan aliquanto ſerius. E o-puſc. B. PP. T. v. p. 704, 942.

Euagrius, ab an. circ. 388. a ſectatoribus Paulini factus Epiſc. Antiochenus, ordinationi ſuæ non diu ſupervixit. E. verſio *Vitæ S. Antonii* ex Græco Athanaſii inter *Opp.* Athan. T. II. p. 544. ap. Sur. Jan. XVII. Roſveid. in vit. PP. T. I. Sp. vid. tamen Hieron. c. 125.

Fl. L. Dexter, Hiſpanus, Paciani Barcinonenſis filius, Orientalis Imperii Præt. Præf. clar. an. 388. ob. decrepitus an. ut volunt, 444. E. *Chronicon Lugd.* 1627. f. Sp. adi ſis Hieronymum (cui Chronicon ſuum inſcripſit Dexter) de Script. c. 132.

Vigilius, Epiſc. Tridentinus clar. an. 390. Martyr a Gentilibus factus an. 400. ſaltem 405. E. lib. *de Martyrio Siſinnii*, &c. ap. Sur. Maii XXIII. D.

Tichonius, Afer, in partes Donatiſtarum paulo propenſior, clar. circ. an. 390. E. lib. de *7 regulis* B. PP. T. VI. p. 49. & in Orthodoxogr. p. 1352.

Sophronius, Hieronymi familiaris, clar. circ. an. 390. E. *verſio Græca catalogi Hieronymiani de Script.* ap. Hieronym. D. immò ab H. Voſſio præfractè negatur.

Rufinus Toranius, Presbyter Aquileienſis, clar. circ. an. 390. graves cum Hieronymo lites exercuit. obiiſſe dicitur an. circ. 410. E. *Opp.* Tom. II. *Par.* 1580. f. *Lugd.* 1570. f.

Ambrosius, Alexandrinus, Didymi auditor, clar. an. 392. vid. Hieron. de Script. c. 126. N. E.

Theo-

Theotimus, Tomorum ap. Scythas Episc. clar. an. 392. tanta veneratione ob miracula, quæ perpetrabat, habitus, ut ab Hunnis *Deus Romanorum* vocaretur. vid. Sozom. l. 7. c. 26. N. E.

Pontius Paulinus, origine Romanus, ortu Gallus, domo Burdigalensis, genere nobilis, consulatum gessit an. 375. clar. ab an. 394. quo Presbyter factus, dein Episc. Nolanus, ob. an. 431. E. *Opp. Antw.* 1622. 8°. quæ cæteris longe præstat editionibus.

Augustinus, Afer, Tagustæ in Numidia natus an. 355. ex Manichæo Catholicus factus, baptismum ab Ambrosio susceptit an. 388. ex Presbytero creatus Hipponensis Episc. an. 396. ob. an. 430. ætat. LXXVI. E. *Opp.* x. Tom. *Bas.* 1529, 1569. *Antw.* 1574. *Par.* 1586. f. *Supplement.* 2. Tom. *Par.* 1654. f. paratur a Benedictinis Parisiens. accuratissima editio, cujus aliquot jam Tomi prodierunt.

Simplicianus, ex Presbytero Rom. S. Ambrosii in Theologicis præceptor, & ab an. 397. in sede Mediolanensi successor; de quo Ambrosius, quum de successore ageretur, ait, *senex, sed bonus*: ob. circ. an. 400. N. E.

Q. Jul. Hilario, de quo altum ap. Veteres silentium, vixisse & scripsisse putatur circ. an. 397. E *Chronologia* B. PP. T. VI. p. 373.

Joannes ab insigni facundia *Chrysostomus* dictus, Antiochiæ natus an. 354. Libanii in externis, Diodori Tars. & Carterii in sacris literis discipulus, Presbyter Antiochenus an. 386. ab an. 398. Episc. CP. Cucusum Ar-

Sæc. IV. ab an. ccc.

meniæ relegatus an. 404. ob. exul Comanis in Ponto an. 407. ætat. LIII. vixdum completo. E. *Opp.* gr. VIII. vol. *Eton.* 1613. (quæ nitida plane est & accurata editio) gr. l. XI. vol. *Par.* 1609, & 1636. f. *Oratio in Diodorum Tarsens.* cum Palladio gr. l. *Par.* 1680. 4°. *Homil.* VI. ap. Combef. 1656. *Homiliæ* IV. *in Psalm.* & *interpretatio in Daniel.* gr. l. *Par.* 1661. 4°. Desideratur inter hujus Patris inedita, celeberrima ad Cæsarium Monachum adv. Apollinarii hæresim Epistola. Antiquam hujus Epistolæ versionem (græca enim supereſſe haud sperandum est) ex Codice Florentino a se descriptam Palladii Dialogo de vita Chrysostomi nuper subnexuerat Emericus Bigotius. Verum impressione ad umbilicum perducta, Epistolam a reliquis divulsam supprimendam curarunt Censores aliquot Sorbonici. De quo meritò conqueſtus est ex Reformatorum gente Parisiensis Theologus (*a*). Donec prodeat integra, liceat mihi hoc loco ad fragmenta quæ extant, digitum intendere. Primum habetur ap. Petrum Martyrem (qui Epistolam hanc ex eodem Codice Florentino descripserat, secumque in Angliam detulerat) in defens. Eucharistiæ adv. Gardinerum Wintonienſ. Part. I. p. 390. & iterum p. 502. edit. ut videtur, Tigur. 1559. f. & Loc. commun. Class. IV. c. 10. p. 603. nobile, siquid aliud, adv. Transubstantiationis dogma testimonium. Aliud habet Damascenus libro contra Acephalos ap. Canis. Antiq. Lect. Tom. IV. Part. I. p. 211. Tertium Anonymus contra Severianos ibid. p. 238. His

(*a*) *Expostulation. libro* XII°. *Anastasii in Hexaem. præmissa. Lond.* 1682. 4°.

His addam ego fragmentum græcum, ex Bibliothecæ *Arundellianæ* antiquo Codice MSS. desumptum, tum quod ἀνέκδοτον sit, tum quia nulla hujus Epistolæ pars græca hactenus lucem videre contigerit. Sæc. IV. ab an. ccc.

Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως ἐκ τῆς πρὸς Καισάριον μόναχον ἐπιστολῆς μετὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ ἐξορίαν.

Τούτων τὰς καινοφωνίας ἐκκλίνοντες, ἀγαπητὲ, εἰς τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν λίαν εὐπειθεῖς, τὴν διανάτῳ προσκληθέντα Χριστὸν ὁμολογῶμεν ἐν θεότητι τέλειον, ἕνα υἱὸν μονογενῆ, ἐν δυσὶ φύσεσιν ἀσυγχύτοις καὶ ἀτρέπτοις καὶ ἀδιαιρέτοις καὶ ἀχωρίστοις γνωριζόμενον· διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἁγίαν παρθένον θεοτόκον πιστεύομεν, οὐχ ὅτι ἡ θεία φύσις ἐξ αὐτῆς προσέλαβε τὴν ὑπόστασιν τοῦ λόγου, ἀλλ' ὅτι ἐν αὐτῇ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς συλληφθεὶς ἐκ πνεύματος ἁγίου τὸν ἐξ αὐτῆς ἀπεκύησε τέλειον ἄνθρωπον, ψυχὴν καὶ σῶμα ἀνειληφότα ἀνθρώπινον, ἐν ᾧ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἔπαθε καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη καὶ ἀνελήφθη εἰς οὐρανοὺς καὶ ἐκάθισε δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, ἐξ οὗ καὶ ἔρχεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Ἐν τούτοις ἡμῖν ἡ πίστις ἐστὶν ἀκλόνητος, ἐν ταύτῃ τὴν ἐλπίδα τῆς ζωῆς ἔχομεν βεβαίαν, ἐν ταύτῃ τὴν ἀθανασίαν ἀπεκδεχόμεθα, ἐν ταύτῃ τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν προσδοκῶμεν, ἐν ταύτῃ τὴν ἀφθαρσίαν τῶν σωμάτων ἐλπίζομεν, ἐν ταύτῃ τὴν ἀπάθειαν καὶ ἀθανασίαν τῶν ἁγίων ἀναμένομεν, ἐν ταύτῃ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν ἀγαθῶν ἀπολαβεῖν ἐπιζητοῦμεν, ἐν ταύτῃ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν ἀγαθῶν ἀπολαβεῖν ἐπιζητοῦμεν, ἐν ταύτῃ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν ἀγαθῶν ἀπολαβεῖν ἐπιζητοῦμεν.

Ex Johannis Archiepiscopi Constantinopolitani Epistola ad Cæsarium Monachum, post secundum ipsius exilium scripta.

Illorum profanas vocum novitates devitantes, charissime, ad institutum nostrum, admodum id quidem pium, redeamus; Christum morti ob-

Sæc. IV. ab an. ccc. *jectum confiteamur in deitate perfectum, unum filium Unigenitum, non divisum in filiorum dualitatem, verum simul in se habentem duarum inseparabilium naturarum inconfusas proprietates, non alium & alium, absit, sed unum eundemque Dominum Jesum Deum verbum, Carne amictum, illumque nec animæ nec mentis expertem, quemadmodum impius ille Apollinarius asseruit. Illi mentem concedamus, fugiamus eos qui dividunt, nam si duplex sit natura, unio tamen inseparabilis & indivulsa, quam confitemur in una filiationis persona & hypostasi, fugiamus eos, qui unam naturam post unionem portentosè fingunt: nam sub opinione unius naturæ impassibili Deo passionem impingere conantur, incarnationem negantes.*

Denique de singulari ejus & vere aureo dicendi genere, audiamus, si placet, paucorum ex veteribus testimonia. *Si Plutarcho fides sit habenda* (inquit Isidorus Pelusiota*) *qui perspicuitatem ac facilitatem germanum Atticismum esse censet,* πλεονεκτεῖ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὁ ἀοίδιμος Ἰωάννης, καὶ κατὰ τὴν φονὴν Ἀττικίσας, καὶ σαφηνείᾳ, ὡς οὐκ οἶδ' εἴτις ἕτερος, χρησάμενος, *præclarus ac celebris Joannes omnes superat, ut qui & Atticum se verbis præbuerit, & perspicuitatem, qualem haud scio an alius quisquam, adhibuerit.* Photius Cod. CLXXII. ἡ δὲ φράσις αὐτῷ μετὰ τῆς συνήθους σαφηνείας καὶ καθαρότητος καὶ τὸ λαμπρὸν καὶ εὔρουν ἐνδείκνυται, τὸ πολύχουν τῶν νοημάτων, καὶ τὴν τῶν παραδειγμάτων προσφυεστάτην εὐπορίαν συνυποφαίνουσα. *Dictio illius de more perspicua & pura, splendida insuper, ac fluens apparet, multam interim cum sensuum varietatem, tum gratissimorum exemplorum copiam exhibens.*

* *Lib. 2. Epist.* XLII.

exhibens. Plura habet hac de re eodem loco. *Suidas* (*a*), καὶ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ καταῤῥοῖν, ὑπὲρ τοὺς Νειλώους καταῤῥάκτας· οὐδεὶς οὖν τῶν ἀπ' αἰῶνος τοιαύτην λόγων ὑπόρησεν ἔυροιαν, ἣν μόνος αὐτὸς ἐπλούτησε· καὶ μόνος ἀκιβδήλως τὸ χρυσοῦντο, καὶ θεῖον ἐκληρονόμησεν ὄνομα *Linguam etiam habuit, quæ suo fluxu Nili Catarrhactas superabat. Nullus profecto mortalium ab omni ævo, tanta dicendi copia abundavit, quanta solus ille ditatus erat, & solus absque fuco illud aureum & divinum* [CHRYSOSTOMI] *nomen hæreditario quasi jure consecutus est.* Philotheus (*b*) Patriarcha CP. Ἰωάννης δὲ ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς θαυμαστός τις ἂν ἔδοξε, καὶ ὑπερφυὴς, καὶ τῷ ὄντι τρισμέγιστος· νῦν δὲ ποταμοὶ μὲν θεολογίας ἐκ τοῦ χριστοῦ στόματος, καὶ τῆς αὐτοῦ θεολόγου γλώττης ἀνέβλυσε, καὶ πᾶσε ἐπότισε τὴν γῆν, ὅσην ὁ σωτήριος περιέλαβε λόγος· τὸ δὲ τῶν λόγων αὐτοῦ ποταμὸν καὶ ἥδιστον πέλαγος, τὴν δὲ τῶν ὑψηλῶν τε καὶ ὑπερφυῶν νοημάτων ἀπέραντον ἄβυσσον, τὴν δὲ ὑπὲρ ἀνθρώπων εὐπορίαν, τὸ δὲ ὕψος ἅμα καὶ τὴν σαφήνειαν, τὴν δὲ ἀπόῤῥητον ἡδονὴν ἐκείνην, καὶ τὴν γλυκύτητα, τὴν δὲ ῥητορικὴν πιθανότητα, καὶ τὸ μετὰ τῆς ἀληθείας τῶν λόγων ἰσχυρόν τε καὶ βίαιον, παῖδας ὑποδεῖξαι τοὺς ἐν τοῖς λόγοις εὐδοκιμήσεντας ἕλληνας, δι' ὧν τήν τε παλαιὰν ὁμοῦ, καὶ τὴν νέαν πᾶσε γραφὴν ἐξηγήσατο. *Joannes autem lingua aureus, gloriosum sibi nomen comparavit. Nunc ex ore Christi, & lingua ejus Theologica, flumina Theologica erumpentia, quantum terrarum salutaris Christi disciplina complexa est, irrigarunt. Sermonum porro ejus potabile suavissimumque pelagus, & sublimium atque lectissimorum sensuum infinitam abyssum, & humano captu superiorem abundantiam, altitudinem pariter, &*

Sæc. IV. ab an. CCC.

(*a*) *In* V. Ἰωάννης.

(*b*) *Orat. in SSS. Bas. Greg. & Chrys. Auct. B. PP. T.* II. *p.* 329.

Sæc. IV. ab an. ccc. *perſpicuitatem, jucunditatem & dulcedinem illam inexplicabilem, rhetoricamque perſuadendi efficaciam, & cum veritate orationis nervos & impetus, quibus Græcos alioqui eloquentia celebres præ ſe pueros fuiſſe oſtendit, quibuſque totam veterem & novam Scripturam explanavit.* Plura hujus commatis habet idem Philotheus. Verum de his plus ſatis.

Scriptores Gentiles religionis Chriſtianæ hoc Sæculo oppugnatores.

Hierocles, Philoſophus, an ſolum homo politicus N. L. clar. ineunte hoc ſæculo circ. an. 302. perſecutionis ſub Diocletiano ferventis auctor & ἐξαδιώκτης maximus: Bithyniæ primum ex Vicario Præſes, deinde Alexandriæ præfectus. Utrobique in Chriſtianos mire deſæviit. Nec hoc contentus, ſcriptis in eos duobus virulentis libellis, quos λόγους φιλαλήθεις nominavit, ulterius adhuc inſecutus eſt. Quo in opere inter alia Apollonium Tyaneum, magum famoſiſſimum Chriſto Domino comparavit, & vel paria, vel etiam majora feciſſe contendit. E. Fr. unicum ap. Euſeb. lib. adv. Hierocl. non longe ab init. Interim vide quæ de hoc libro tradit Lactant. de Juſtit. l. 5. c. 2, 3. ubi ſubdit, Hieroclem Scripturam S. tam ſubtiliter, tam familiariter, tractaſſe, ut aliquando ex eadem diſciplina fuiſſe videatur. Alius a noſtro, & ætate junior Hierocles ille, qui ſcripſit de Fato ap. Photium, ut alibi monuimus.

Liba-

Sæc. IV. ab an. ccc.

Justinianus, Tauriſii in Dardania natus, ab an. 527. Romanorum Imperator. ob. an. 565. Vir non minus doctrina & Pietate, quam potentia & rerum geſtarum gloria clarus. Præter novellas, quarum plurimæ ſunt fori Eccleſiaſtici, E. Lat. *Ep.* ad Synodum CP. C. T. V. p. 119. *Epp.* II. gr. l. ib. p. 223, 679. *Tractatus adv. Origenis errores*, ib. p. 635. *Confeſſio adv. tria capitula*, ib. p. 683. *Conſtitutio* adv. Anthimum, &c. ib. p. 264.

Procopius, patria Cæſarienſis in Palæſtina, profeſſione Rhetor & Sophiſta, cultu ut videtur Chriſtianus, (de quo dicemus infra) Beliſarii comes individuus, clar. ab an. 527. Scripſit adhuc an. 560. E. *Opp.* 2 vol. gr. l. *Par.* 1663. f.

Dacius, Epiſc. Mediolanenſis, clar. ab an. 527. ob. an. circ. 555. an E. *Chronicon* ab eo ſcriptum N. L.

Justus, Orgellitanus in Catalaunia Epiſc. trium Epiſcoporum frater, clar. an. 527. ob. an. 540. E. *Comment. in Cantica* B. PP. T. IX. p. 731. *Epp.* II. ap. Dacher. T. III.

Bonifacius II. Romanus, ab an. 529. Papa, ob. an. 531. E. *Epp.* II. C. T. IV. p. 1684. Prior Sp.

Justinianus, Juſti prædicti frater, Valentiæ in Hiſpania Epiſc. clar. an. 530. & deinceps. N. E. Conf. Iſid. de Script. Eccleſ. c. 29.

Bene-

Benedictus, Italus, patria Nursinus, natus an. 480. primò Sublacensis Eremi incola, dein Casinensis Cœnobii Conditor & Abbas, O. B. Pater, clar. an. 530. ob. an. circ. 543. E. ejus *Regula* sæpius edita, præcipue in Codice Regularum, quem vol. 3. Romæ nuper emisit L. Holstenius, & B. PP. T. ix. p. 640. Sæc. VI. ab an. D.

Jobius, Monachus Orientalis, ὁ θεοσεβὴς, καὶ φροντίσιν ἱεραῖς ἀνειμένος ὁ ἀνὴρ, teste Photio. Hunc ego sexto huic sæculo ascripserim, tum quod scripsit contra Severum, non una vice Justiniano imperante damnatum, tum quod vixit postquam Pseudo-Dionysius palam orbi innotuerat, & pro germano Areopagita haberi cœperat. Adeoque circ. an. 530. claruisse videtur. Quod tamen in medio relinquo. Ex ix. *de incarnatione Domini* libris præclara sane, eaque longe amplissima excerpta E. ap. Phot. Cod. ccxxii.

Tetradius, nonnullis *Terridius*, Cæsarii Arelatensis nepos, clar. (si in re obscura divinare liceat) circ. an. 530. E. *Regula pro Monachis & Sanctimonialibus* B. PP. T. v. p. 866.

Cogitosus, Scriptor Hibernus, vixisse putatur circ. an. 530. E. *vita S. Brigidæ* ap. Canis. T. v. part. ii. p. 625. & *Sur.* Feb. i.

Montanus, Ecclesiæ Toletanæ Archiep. clar. an. 531. E. *Epp.* ii. C. T. iv. p. 1735.

Joannes II. Romanus, ab an. 532. Papa, ob. an. 535. E. *Epp.* vi. C. T. iv. p. 1741. prior verò Sp.

Dio-

Sæc. VI. ab an. 5.

Dionysius Exiguus, gente Scytha, Abbas Romanus, Cyclum ſuum primus contexuit an. 525. vivebat adhuc an. 533. E. *Codex Canonum*, & *Collectio Decretorum* Pontificum Rom. *Par.* 1628. 8°. & ap. Juſtell. Bibl. Jur. Canon. T. I. p. 97, 181. *Epp.* II. *Paſchales* ap. Petav. de Doctr. Temp. *Ep.* ad Eugip. ap. Mabill. Analect. T. II. p. 1.

Marcellinus, V. C. Comes Illyricianus, Juſtiniani Imp. Cancellarius, Chronicum ſuum ad an. 534. perduxit, quando obierit N. L. E. *Chronicon Par.* 1619. 8°. & B. PP. T. IX. p. 517.

Anthimus, primo Trapezuntii in Ponto Epiſc. dein ab an. 535. Patriarcha CP. ob hæreſim Eutychianam depoſitus an. ſeq. & a Synodo ſub Menna damnatus. E. Frr. quædam C. T. VI. p. 926.

Theodosius, Patriarcha Alexandrinus, Aphthardocitarum dux, (qui inde *Theodoſiani* dicti) clar. an. 535. poſt annum unum & quatuor menſes tumultu pulſus CP. ſubſtitit. E. Frr. aliquot C. T. VI. p. 320, 835.

Nicetius, Trevirorum Epiſc. Synodo Arvernenſi interfuit, an. 535. in vivis adhuc an. 565. E. *Epp.* II. C. T. V. p. 832. Tractat. *de vigiliis Servorum Dei*, & alter *de bono Pſalmodiæ* ap. Dacher. T. III.

Agapetus I. Romanus, ab an. 535. Papa, ob. an. 536. E. *Epp.* VIII. (quarum 5ta Sp.) C. T. IV. p. 1789. T. V. p. 47.

Mennas, genere Alexandrinus, ex Præpoſito Xenodochii majoris, quod Sampſonis vocatur, poſt depoſitum Anthimum ab an. 536.

536. Epiſc. CP. ob. an. 552. E. gr. l. *Ep.* ad Petrum Hieroſol. C. T. v. p. 277. Sæc. VI. ab an. D.

Sylverius, Campanus, ab an. 536. Papa, ob. an. 540. Vigilii Papæ dolis occiſus. E. *Epp.* II. C. T. v. p. 291.

Zacharias, Scholasticus, Epiſc. Mitylenes, clar. an. 536. E. Opuſcula B. PP. T. IX. Diſputatio adv. Philoſophos *de opificio Mundi*, gr. l. Auct. B. PP. gr. l. T. I. p. 331. & cum Origenis Philocal. *Par.* 1619. 4°.

Cyrillus, Scythopolitanus, Monachus, Euthymii Abbatis diſcipulus, clar. circ. an. 540. E. Lat. *vita S. Euthymii* ap. Sur. Januar. XX. gr. l. ſed a Metaphraſte interpolata ap. *Coteler.* Monum. Eccleſ. Gr. T. II. p. 200.

Nonnosus, Abraamii Presbyteri filius, Juſtiniani ad Æthiopes, &c. Legatus, clar. circ. an. 540. ſaltem Juſtiniano Imperante, qui ob. an. 565. E. ex Hiſtoria Legationum Excerpta ap. Phot. Cod. III.

Arethas, Cæſareæ Cappadociæ Epiſc. flor. ut volunt nonnulli, qui tamen incertis nituntur conjecturis, an. 540. E. *Explicatio Apocalypſ.* ex Andreæ Cæſarienſis Comment. defloratа Gr. *Veron.* 1532. gr. l. *Par.* 1631. f.

Facundus, Afer, Hermianenſis in Africa Epiſc. trium Capitulorum Defenſor ſtrenuus, clar. an. 540. E. *Opp.* viz. *pro defenſione trium Capit.* lib. XII. & liber *contra Mutianum* cum notis Sirmondi *Par.* 1629. 8°. & B. PP. T. X. p. I. 109. *Ep.* pro defenſ. trium Capit. ap. D'Acher. T. III.

Apri-

Sæc. VI. ab an. D.

Aprigius, Pacis Juliæ in Hiſpania Epiſc. vix. an. 540. vid. Iſid. de Script. c. 17. N. E.

Vigilius, Romanus, ab an. 540. Papatrium Capitulorum defenſor acerrimus, ob. an. 555. E. *Epp.* XVIII. & *Conſtitutum de 3. Capit.* C. T. v. *Ep. pro confirmatione* v. *Synodi.* ib. gr. l. p. 596. admodum prolixum *Conſtitutum pro damnatione trium Capitulorum* an. 554. datum, & ex Bibliotheca Colbertina a Baluzio nuperrime editum in Nov. Collect. Conc. p. 1551, &c.

Gordianus, natione Romanus, S. Benedicti diſcipulus, clar. an. 541. E. *vita S. Placidi* Martyris, ſed interpolata, ap. Mabill. *Sæc. Benedict.* 1. p. 45.

Arator, natione Ligur, vir illuſtris, comes Domeſticorum & Privatorum, necnon Eccleſiæ Rom. ſub-Diaconus, ſcripſit an. 543. E. *Hiſtoriæ Apoſtolicæ* l. 2. in Auct. Bignæi *Par.* 1624. p. 681. & B. PP. T. x. p. 125. *Ep. ad Parthen.* ib. p. 141. & ap. Sirmond. not. in Ennod.

Victor, Epiſc. Capuanus, ſcripſit an. 545. E. *Præfatio* ſeu Index in Harmon. Evang. in omni fere B. PP. editione, & in Orthodoxogr. p. 794.

Cyprianus, Cæſarii Arelatenſis Diſcipulus, clar. circ. an. 546. E. *vita Cæſarii*, (cui librum 2^dum^ addiderunt Meſſianus Preſbyter & Stephanus Diaconus) ap. *Sur.* Aug. XXVII. & Mabill. Sæc. 1. p. 659.

Fulgentius Ferrandus, Diaconus Carthaginenſis, Fulgentii Ruſpenſis diſcipulus, clar. an. 546. E. ejus *Opp. Divinione* 1649. &

& B. PP. T. ix. pl. 4. 172, 181, 480, 494, 502. & ap. Juſtell. T. 1. p. 448. Sæc. VI ab an. D.

Verecundus, Juncenſis in Africa Epiſc. Exul propter tria Capitula, clar. an. 546. ob. Chalcedone an. 552. E. lib. *de Pœnitentia*, ſed MSS.

Rusticus, Eccleſiæ Rom. Diaconus, vix. an. 550. E. *diſputatio adv. Acephalos* in *Orthodoxogr. Baſ.* 1569. & B. PP. T. x. p. 349.

Primasius, Adrumeti in Africa Epiſc. & Vigilii Papæ, tempore Quintæ Synodi, apud CP. Comes, clar. an. 552. E. *Comment. in Epp. Pauli, & Apocalyps.* tum alibi, tum B. PP. T. x.

Junilius, Epiſc. Africanus, vix. circ. an. 552. E. *de Partibus divinæ legis libri* II. B. PP. T. x. p. 339. *Comment. in aliquot Geneſ. capp.* (qui tamen Bedæ eſt) in Orthodoxogr. p. 925.

Eutychius, Monachus, ab an. 553 Epiſc. CP. depoſitus an. 564. reſtitutus an. 578. ob. an. 585. E. *Ep.* ad Vigil. Papam gr. l. C. T. v. p. 425.

Eugippius, Abbas Africanus, clar. circ. an. 553. vivebat adhuc an. 578. E. *Theſaurus* ex S. Auguſtini operibus collectus, *Baſ.* 1542. f. *Ven.* 1543.

Liberatus, Diaconus Carthaginenſis, trium Capitulorum defenſor, clar. an. 553. E. *Breviarium Cauſæ Neſtorianorum & Eutych.* T. v. p. 740. & cum notis Garnerii *Par.* 1675. 8°.

Victor, Tununenſis in Africa Epiſc. ob acerrimam trium Capitulorum defenſionem

Sæc. VI. ab an. D. in exilium missus an. 555. ob. CP. an. 566. E. *Chronicon* ap. Scalig. Amstel. 1606. f.

Pelagius I. Romanus, ab an. 555. Papa. ob. an. 559. E. *Epp.* xvi. & Frr. plura C. T. v. p. 788. *confessio fidei* ap. Garner. dissert. de v. Syn. Gen. *Opp.* Theod. T. v. p. 539.

Paulus Cyrus Florus, vir nobilis, *Silentiarius* dictus, quia Silentiariorum Primicerius, vix. circ. an. 558. E. gr. l. Poema prolixum *de Templo CP.* S. Sophiæ, Cinnami Historiæ subjectum. *Par.* 1670. f.

Agnellus, vir nobilis & ditissimus, Diaconus, & templi D. Agathæ præfectus, & ab an. 558. Ravennatensium Archiep. ob. an. 566. ætat. xciv. plura de eo habet Hieron. Rubeus Hist. Raven. l. 3. p. 169. &c. E. *Ep. ad Armenium de ratione* in Antidot. contr. Hæres. *Bas.* 1528. & B. PP. T. viii. p. 666.

Eustratius, Ecclesiæ CP. Presbyter, scriptor incertæ ætatis, sæpe citat Dionysium, veluti verum Areopagitam. Si ex iis quæ de Eutychio Patriarcha CP. habet, conjicere licet, sub eo claruit, forsan circ. an. 560. saltem non diu postea. E. gr. l. Commentarius *de vita functorum animis* ap. L. Allat. Lib. *de Purgatorio, Rom.* 1655. 8°. à p. 319. ad p. 581. φράσει μὲν συγκείμενος οὐκ ἐπαινετῆ, λογισμοῖς δὲ οὐ λίαν ψεκτοῖς, judicante Photio Cod. clxxi.

Dorotheus, Archimandrita, vix. forsan circ. an. 560. sed de vera ejus ætate nihil certi adhuc constat. E. gr. l. Sermones *de vita recte instituenda*, Auct. B. PP. 1624. T. i. p. 743.

Co-

Sæc. VI.

COLUMBA, Hibernus, primo Cœnobii in Dairmagh, Mediterraneæ Hiberniæ parte, dein alterius in Iona Insula fundator & Abbas, clar. ab an. 560. ob. an. 597. scripta ejus recensēt Waræus (*a*). ab an. p.

(*a*) *De Script. Hibern.* l. 1. c. 2.

VENANTIUS FORTUNATUS, patriâ Italus, Presbyter Pictavienſis, clar. ab. an. 560. tandem factus Pictavorum Episc. vix. adhuc an. 600. E. *Carmina* & Opuſcula, *Mogunt.* 1603, 1616. 4°. & B. PP. T. x. p. 529. Plurium Sanctorum vitæ ap. *Surium. Bolland.* &c. quas enumerat Labbeus. vid. Dacher. T. VIII.

MARTINUS, gente Pannonius, ex Abbate Dumienſi Archiep. Bracarenſis, clar. circ. an. 560. ob. an. 580. E. *Formula honeſtæ vitæ*, & liber *de moribus*, ſive de virtutibus Cardinalibus, Senecæ falsò tributus, B. PP. T. x. p. 382. *Sententiæ PP. Græcorum* ap. Roſweid. de vit. PP. *Antw.* 1628. *Collectio Canonum Orientalium* C. T. v. p. 903. & ap. Juſtell. T. I. in Append. p. 7.

JOANNES SCHOLASTICUS, CLIMACUS dictus, Abbas montis Sina, clar. an. 560. ob. circ. an. 580. vel paulo ſerius. E. *Opp.* ejus gr. l. *Par.* 1633. f.

JOANNES, SCHOLASTICUS etiam dictus, Presbyter Antiochenus & Apocriſiarius, & ab an. 564. uſque ad an. 578. Patriarcha CP. E. gr. l. *Collectio Canonum* ap. Juſtell. T. II. p. 479. *Nomocanon* ib. p. 603. *Capita Eccleſiaſtica* ib. p. 660. Collectionem ſunt, qui Theodorito tribuunt.

GREGORIUS, ortu Arvernus, ab an. 572. Archiep. Turonenſis, ob. an. 594. E. *Hiſtoria Francorum Par.* 1610. 8°. & ap. *Du-Cheſn.*

Sæc. VI. ab an. D. Script. Franc. T. I. plura etiam alia Opusc. B. PP. T. XI. p. 707, 831, 896. 932, 959. Ftr. II. ap. Mabillon. Analect. T. I. p. 7.

GERMANUS, Parisiorum Episc. clar. circ. an. 575. ob. an. 579. E. *Ep. ad Brunichildem Reginam* C. T. V. p. 923.

PELAGIUS II. Romanus, ab an. 577. Papa, ob. an. 590. E. *Epp.* X. (quarum aliquot Sp.) & Decreta C. T. V. p. 931.

THEOPHANES, Byzantius, (de quo nihil amplius dicere habeo) clarvisse videtur circ. an. 580. nisi potius eundem cum Theophane Confessore, qui flor. an. 780. statuamus. Ed. ex ejus *Historia* excerpta ap. Phot. Cod. LXIV. & cum excerptis Legationum *Par.* 1647. f.

SEVERUS, Malacitanus in Hispania Episc. clar. an. 580. ob. ut videtur, exeunte hoc sæculo. N. E.

EULOGIUS, ab an. 581. Patriarcha Alexandrinus, ob. an. 608. E. e scriptis ejus *Ecloga* ap. Phot. Cod. CLXXXII, CCVIII. longè verò ampliores. COD. CCXXV, CCXXVI, CCXXX.

GILDAS, cognom. *Sapiens*, & ut a Gilda Albanio distinguatur, *Badonicus* dictus, gente Anglo-Saxō, natus anno 520. ob prælium Badonicum claro (inde ei nomen) Illtuti Morganensis discipulus, Monachus Bannochorensis, scripsit an. 581. teste Radulpho de Diceto (*a*), ne quid jam dicam de Polydoro, Baleo, &c. quamvis alii, & in his Rev. Ussherius (*b*) libellum ejus ad an. 564. referant, ipsumque an. 570. obiisse volunt. E. *Ep. de excidio Britanniæ, Lond.* 1525. 8°. 1568. 12°. & *Ordinis Ecclesiast. Castigatio*, in Or-

(*a*) *In indiculo ar vir. illustr. Chron. præmiss. p.* 432.
(*b*) *De Britan. Eccl. primord. p.* 477, 905.

Orthodoxogr. p. 487. & B. PP. T. VIII. p. 707, 715. Sæc. VI. ab an. D.

JOANNES, Νηστὴς h. e. *Jejunator* dictus, patria Cappadox, ab an. 585. Episc. CP. Ἀνὴρ ἀρετῆς ἐμπυρεύτου, ut de eo Sophronius (a), primus *Oecumenici* titulum sibi assumpsit, ob. an. 596. E. Lat. Homilia *de Pœnitentia* inter *Opp.* S. Chrysost. T. V. & *Libelli* II. *pœnitentiales*, aliaque fragmenta gr. l. ap. *Morin.* de Pœnitent. in Append. p. 77. &c. & ex parte ap. L. Allat. de Consens. Eccl. Orient. & Occident. l. 3. c. 17. §. 10. (a) ap. Phot. Cod. 231.

COLUMBANUS, Hibernus, patria Lagiensis, primò Cœnobii Luxoviensis in Burgundia, postea Bobiensis in Italia, conditor & Abbas, clar. an. 589. ob. an. 615. E. Homiliæ XIII. & *Regula Monachalis* ap. Th. Messinghamum in Florileg. SS. Hib. *Homilia* brevis, & IV. *Epp.* Rhythmicæ, ap. Usser. Vet. *Epp.* * Hibern. p. 7. Confer Canis. Tom. I. in Append. p. 3. & cum not. Goldasti *Insul.* 1604. 4°. denique E. *Opuscula* ejus B. PP. T. XII. p. 1. de reliquis vidend. † Balæus & Waræus. * *Cent.* 14. p. 189. † *Ubi supra* c. 3.

LEANDER, Hispanus, ex Monacho Episc. Hispalensis, clar. an. 589. ob circ. an. 603. E. *Homilia* in laudem Ecclesiæ ob. conversionem Gothorum C. T. V. p. 1018. *Regula*, seu de institutione virginum & contemptu mundi B. PP. T. XII. p. 999.

LEONTIUS, Advocatus Byzantinus, postea Monachus ad S. Sabam, vix. circ. an. 590. & deinceps. E. gr. l. liber ejus *de sectis*, *Bas.* 1578. 8°. & B. PP. Auct. gr. l. *Par.* 1624. T. I. p. 493. Lat. *contra Nestorium* lib. 3. varia item opuscula ap. Canis. T. IV. p. 1. & B. PP. T. IX. p. 707, 713, 674.

Sæc. VI. ab an. v.

Gregorius I. Magnus, ortu Romanus, ex Præfecto urbis Monachus S. Equitii, ab an. 590. Episc. Romanus, ob. an. 604. E. *Opp. Rom.* 2 vol. 1588, 1593. *Bas.* 1564. 2 vol. *Antw.* 1572, 1615. *Par.* 1605. 1640. f. *Epistolarum* lib. XII. C. T. v. p. 1028. *Dialogorum libri* IV. a Zacharia P. græcè versi habentur integri gr. l. Edit. *Par.* 1640. Tom. III°, suppletis quæ deerant ex Canis. Antiq. Lect. T. III.

Licinianus, Carthaginensis Spartariæ Episc. clar. circ. an. 590. ob. Exul CP. E. *Ep.* inter *Epp.* Gregorii M. vid. Dacher. T. II.

Leontius, Neapoleos in Cypro insula Episc. clar. circ. an. 590. E. gr. l. prolixa pars *Apologiæ adv. Judæos*, & *de imaginibus* C. T. VII. p. 236. de aliis ejus scriptis vid. ib. p. 245. E. etiam *vita Joannis Eleemosynarii*, sed a Metaphraste interpolata, *Lat.* ap. *Sur.* Jan. XXIII.

Joannes, Origine Gothus, Scalabi in Lusitania natus, ex Abbate Biclarensi Episc. Gerundensis, clar. an. 590. obiisse videtur circ. an. 600. E. *Continuatio* Chronici Victoris Tununensis ab an. 566. ad an. 594. cum quo edi solet.

Anastasius, Sinaita, ex Monacho in monte Sinai, ab an. 561. Episc. Antiochenus, a sede sua dejectus an. 572. eidem restitutus an. 594. ob. an. 599. E. gr. l. *Ὁδηγὸς* Ingolst. 1606. 4°. sed vel Anastasii nostri opus non est, vel quædam ei post utriusque Anastasii mortem inserta fuisse necesse est. *Quæst. & Respons.* CLIV. (sed hinc inde a recentiori

tiori manu auctæ) ibid. 1617. 4°. *in Hexaemeron* lib. XI. *Par.* 1609. & alibi. 12mus gr. l. *Lond.* 1682. 4°. *Homilia* quædam in Auct. B. PP. gr. l. 1624. & in Combefisiano T. I. alia opuscula habentur B. PP. T. IX. in fin. & ap. Steuart. Auct. ad Canis. p. 463. Frr. gr. l. C. T. VII. p. 248. Plura adhuc MSS. recensent Labb. *Nov. Bibl. MSS. libb.* part. II. p. 82. & Possev. Append. ad Tom. II. Sæc. VI. ab an. 11.

Dynamius Patricius, vir nobilis, clar. an. 595. E. *vita S. Maximi* Rhegiensis ap. *Sur.* Nov. XXVII. sed stylo auctoris immutato: *vita S. Marii*, sed abbreviata, ap. Mabill. Sæc. Bened. I. p. 105.

Euagrius Scholasticus, genere Syrus, domo Epiphaniensis, Advocatus & Expræfectus, natus an. 536. Historiam suam perduxit ad an. 595. quando obierit N. L. E. *Historia Ecclesiastica* ab an. 431. ad an. 595. gr. l. cum Valesii notis *Par.* 1673. f. Stylus ipsi non ingratus, ἐν τῇ δὲ τῶν δογμάτων ὀρθότητι ἀκριβὴς τῶν ἄλλων μᾶλλον ἱστορικῶν, inquit Photius (a), *verùm in dogmatum veritate cæteris historicis accuratior est.*

(a) Cod. 29.

Isidorus, Hispanus, ab an. 595. Archiep. Hispalensis, ob. an. 636. E. *Opp.* ejus *Par.* 1580. a I. du Breuil emendata ib. 1601. *Col.* 1617. f. *Chronica Gothorum, &c.* auctiora ap. Labb. Bibl. Nov. MSS. Tom. I. p. 61. & ap. H. Grot. in *Hist. Gothor. &c.* p. 707.

Photinus, Presbyter CP. Magnæ Ecclesiæ defensor, clar. an. 596. E. gr. l. Fr. ex vita *Joannis Jejunatoris* C. T. VII. p. 272.

Sæc. VI. ab an. D.

Anastasius Sinaita *Junior*, prioris in ſede Antiochena ab an. 599. ſucceſſor, Martyrium ſubiit, a Judæis occiſus an. 608. ſeu ut alii 611. E. Lat. *Compendiaria Fidei Orthod. explicatio* B. PP. T. XI. quam tamen alii Priori tribuunt.

Maximus, Epiſc. Cæſarauguſtanus, clar. an. 599. Synodo Egarenſi ſubſcripſit an. 614. an quæ ſcripſit E. adhuc, N. L. vid. Iſid. de Script. c. ult.

Placet ad finem hujus Sæculi Scriptores aliquot incertæ prorſus ætatis, Photio tamen antiquiores deponere, donec veram, ſaltem probabilem eorum ætatem aliunde expiſcari liceat.

Adrianus ſcripſit *introductionem* in S. Scripturam. E. græce una cum aliis ab Hæſchelio edita *Aug. Vindel.* 1602. 4°. & in Tract. Bibl. Lond. T. I. de ea Photius, χρήσιμον τοῖς εἰσαγομένοις ἡ βίβλος, Cod. 11.

Andronicianus, edidit adv. Eunomianos libellos duos, in quibus promiſit grandia, mediocria præſtitit. vid. Phot. Cod. XLV. N. E.

Lucius Charinus, opus condidit hoc titulo, *Apoſtolorum Periodi*, ſtylo quidem inæquali & invenuſto, rebus vero ineptiſſimis refertum, utpote quod puerilia, inopinata, maligneque conficta ac falſa, immo ſtulta, & inter ſe pugnantia, impia denique & deteſtanda continebat; de quibus vid. Phot. Cod. CXIV. N. E.

Heraclianus, Epiſc. Chalcedonenſis, ſcripſit ſermone ſublimi ſimul & perſpicuo

contra Manichæos libros xx. in quibus impietatem hanc validissime debellavit, omniumque qui ante se in eadem palæstra desudarunt, argumenta fortius urgebat, firmiter stabilivit, prætermissa pie supplevit. vid. Phot. Cod. lxxxv. N. E. Sæc. VI. ab an. D.

Metrodorus, scripsit *Calculum Paschalem*, de quo vide quæ habet Phot. Cod. cxv. N. E.

Leontius, Arabissi Episcopus: ex Sermone ejus *in Creationem & Lazarum* excerpta exhibet Photius Cod. cclxxii.

Scriptores Gentiles Christianam Religionem hoc Sæculo perstringentes.

Proclus, *Diadochus*, quia ex Platonica successione erat, dictus, genere Lycius, Plutarchi junioris auditor, Syriani Discipulus, Scholæ Platonicæ apud Athenienses Rector, clar. ineunte hoc Sæculo circ. an. 500. inter varia, quæ edidit, opera, scripsit ἐπιχειρήματα xviii. contra Christianos; secundus a Porphyrio (inquit Suidas *) qui impuram suam & contumeliosam linguam adv. Christianos exacuit. Adversus hunc calamum fœliciter strinxit Joan. Philoponus.

* in v. Πρόκλος.

Procopius, Cæsariensis ex Palæstina, Rhetor & Sophista, Belisarii Notarius, & comes individuus, clar. an. 527. & deinceps, in vivis adhuc an. 562. Plura ejus operibus insunt, quæ animum fidei Christianæ minus æquum, & Gentilismo faventiorem ostendere videntur, adeo ut non desint, qui illum superstitione Gentilium imbutum fuisse, per-

Sæc. VI. ab an. D. pertinaciter contendunt. vid. inter alios *J. Eichel.* Præfat. in Procopii Ἀνεκδ. Num. 17, 18, 19, 20, 21, 22. ubi pluribus ex ipsius Procopii scriptis id agit. At, ut quod verum est fatear, mihi abunde satis constat, eum a cultu Christianorum neutiquam abhorruisse, cui proinde inter scriptores Ecclesiasticos locum suum suprà dedimus.

Damascius, patria Damascenus, secta Stoicus, aliis Peripateticus, Isidori Philosophi discipulus, & in Schola Atheniensi successor, clar. circ. an. 540. Quod ad religionem pertinet, erat εἰς ἄκρον δυσεβὴς, &c. ac proinde in vita præceptoris sui Isidori in sanctam fidem nostram, tametsi timidè, tectâque malevolentiâ, non rarò tamen allatravit, ut Photius nobis auctor est, Cod. CLXXXI.

Sæc.

Sæc. Monotheleticum.

Conſpectus Sæculi.

EPiſcopi OECUMENICI titulum a Photio tyranno, bipedum nequiſſimo, impetrat Papa Bonifacius III. circa an. DCVI. non obſtante quod nuper hunc titulum velut *nomen novum, blaſphemum, ſingulare, inanis gloriæ tumorem, novam ſuperbiam, ſuperbiæ & confuſionis malum, diabolicæ uſurpationis tentationem, ſuperſtioſum, temerarium, & nefandum elationis vocabulum, primi Apoſtatæ inventionem, & Antichriſti præcurſorem,* in ſedis Conſtantinopolitanæ Epiſcopis diſerte & palam damnaverat Gregorius Magnus. Mox oritur Muhammed, fortunatus Arabum impoſtor, hæreſeon & diſſidiorum inter Chriſtianos grave flagellum. Hæreſis *Monotheliterum*, unicam in Chriſto voluntatem aſſerentium, nova Eutychianorum ſoboles, opera Sergii Conſtantinopolitani, & Cyri Alexandrini Orientem pervadit, ſparſo etiam per Occidentem veneno, ipſo Honorio Papa hac labe maculato. Quem proinde una cum cæteris damnat Concilium Generale VI. Conſtantinopoli habitum an. DCLXXX. & ſequenti. Poſt paucos annos Synodus Oecumenica in Imperialis palatii Trullo convocatur,

Sæc. VII. ab an. DC.

Sæc. VII. ab an. DC. catur, a qua Canones CII. conditi sunt. Et cum sit duarum præcedentium veluti appendix & supplementum, Πενθέκτη, seu *Quini-Sexta* vulgò audit, ejus tamen Canones Ecclesia Romana ægre admittit. Suidberti, Wigberti, Wilfridi, Willibrordi, aliorumque Anglorum laboribus, Frisones, Germani, aliique septentrionales populi ad fidem Christi convertuntur.

SCRIPTORES.

JOANNES MALELA, patria Antiochenus, Historicus nimiùm in fabulas propensus, clar. an. 600. E. *Chronicon* Oxonii gr. l. a multis annis prælo paratum, quod ex Theatro Sheldoniano proditurum propediem expectamus.

EUTROPIUS, ex Abbate Sirbitano Episc. Valentinus, clar. an. 600. vid. Isid. de script. Eccles. c. 32. N. E.

PATERIUS, Gregorii M. discipulus, Romanæ Ecclesiæ Notarius & Secundicerius, clar. an. 600. & deinceps. E. lib. 3. *explanationum in Vet. T.* ex S. Gregorii libris collect. *Rom.* 1553. f. monente Miræo ad Honor. August. p. 128.

HESYCHIUS, Patriarcha Hierosolymitanus, vixisse putatur circ. an. 600. de illo, scriptisque ei attributis, videndus omninò Cl. Labbeus de Script. Eccles. T. 1. p. 632. ubi etiam de diversis Hesychiis agit. Et certe Delio natatore hæc res indiget, difficultatibus

bus & involucris plena. E. Excerpta quædam ap. Phot. (qui tamen non niſi Presbyterum vocat) Cod. CCLXIX, CCLXXV. & *Homilia* de S. Deipara Auct. B. PP. gr. l. T. II. p. 417. *Lat.* Fr. ex *Hiſtoria* ejus *Eccleſiaſtica* de Theodoro Mopſueſteno in Conc. Gen. v. Collat. v. C. T. v. p. 470. E. *Iſichii* Hieroſolymorum Presbyteri opuſcula plura Lat. B. PP. T. XII. p. 57, 185, 188, 190, 195. de quibus, præcipuè Commentariorum in Levit. libris VII. conſulas quæ habet Labbeus loc. citato. Sæc. VII. ab an. DC.

Eusebius, Epiſcopus Theſſalonicenſis, clar. an. 601. ſcripſit adv. Andream Monachum Apthardocetam Libros X. ex quibus excerpta habes ap. Phot. Cod. CLXII.

Faustus, Monachus Caſinenſis, ſcripſit circ. an. 606. E. *vita S. Mauri* ap. *Sur.* Jan. XV.

Bonifacius IV. patria Valerianus, e gente Marſorum, ab an. 607. Papa, ob. an. 614. E. *Ep.* & Decreta II. C. T. V. p. 1618.

Sergius, ab an. 608. Patriarcha CP. palam Catholicus, occultè Monothelita, ob. an. 639. E. gr. l. *Epp.* II. C. T. VI. p. 176, 915. *Ecthefeos* Frr. ib. p. 201.

Joannes, cognom. *Philoponus*, Grammaticus Alexandrinus, Tritheitarum Anteſignanus, clar. an. 609. E. gr. l. *Comment.* in cap. I. Geneſis, & *Diſputatio de Paſchate*, *Vien.* 1630. 4°. lib. *contra Proclum de æternitate Mundi*, græcè *Venet.* 1535. ut. Philoſophica jam mittam. Multa de eo dicit, & ex libris ejus adducit Phot. Cod. XXI, XLIII, LV, LXXV, CCXV, CCXL. fusè de illo, ejuſque

Sæc. VII. ab an. DC. que ſcriptis agit *Jac. Gaddius* de ſcript. non-Eccleſ. T. I. p. 203.

Theodosius, Monachus, Philopono, ut videtur, ætate par, ſcripſit adv. illum, quod itidem fecerunt *Comes* Epiſc. *Eugenius*, & *Themiſtius* (quem Nicephorus Calliſtus (a) confundere videtur cum Themiſtio Philoſopho, qui ſub Valente clar.) ejuſdem temporis ſcriptores, de quibus Phot. Cod. XXII, XXIII. N. E. Habentur Frr. quædam Themiſtii Hæretici C. T. VI. p. 316, 320, 832.

(a) *Lib.* 18. c. 50.

Nicias, Monachus, clar. ut videtur, eodem circiter tempore. Scripſit librum, quem Διατριβὴ vocavit, adv. Philoponi capita VII. item contra impium Severum, necnon contra Gentes libros duos. vid. Phot. Cod. L. N. E.

Eustasius, Abbas Luxovienſis, S. Columbani ſucceſſor, ab an. circ. 610. Synodo Matiſconenſi interfuit an. 627. N. E.

Theophylactus, cognom. *Simocatta*, genere Ægyptius, patria verò Locrenſis, ex Sophiſta Præfectus, & Antigrapheus, i. e. forſan Cancellarius, clar. an. 611. & deinceps. E. *Opuſcula* gr. l. ap. *Comel.* 1598. 8°. *Hiſtoria Mauricii* libris VIII. *Ingolſtad.* 1604. 4°. & cum Pontani notis, Photii Epitome, & Fabroti Gloſſario *Par.* 1653. f. de ejus Stylo hæc Photius (b). ἡ μὲν τοι φράσις αὐτῷ ἔχει μὲν τὸ χάριεν καὶ ἡδύ· οὐ μὴν ἀλλὰ τὸ ἐμπλοκῆς λέξεων καὶ ἡ ἀλλαγὴ τῶν ὀνομάτων καταχορὴς χρῆσις, εἰς ψυχρολογίαν πολλαχοῦ καὶ ἀκαιρίαν ἐκτρέπουσα. ἃ μὲν ἀλλαχοῦ καὶ ἡ ὑπερβατικὴ ἐν ὀλίγῳ περιέχουσα, φιλοπονίας δεῖ ἀκέραιον καὶ ἀνεπηρέαστον· τὰ δ' ἄλλα ἔστι τι καὶ ἐς μῶμον ἔχει. *Dictio illius aliquid veneris habet,*

(b) *Cod.* 65.

habet, nisi quod figuratis vocibus, & allegoricis sensibus putide nimis ac frequenter ad satietatem usus, in frigiditatem quandam, ac juveniles ineptias dilabatur. Veruntamen & sententiarum illa interjectio minus opportuna, diligentiam arguit & curiosam, & supervacaneam. Cætera bonus, in reprehensionem non incurrit. SÆC. VII. ab an. DC.

ANTIOCHUS, Monachus Palæstinus, in monasterio S. Sabbæ, clar. an. 614. E. gr. l. *Pandectes divinæ Scripturæ*, seu Homiliæ CXXXI, in Auct. B. PP. gr. l. T. I. *Par.* 1624.

JOANNES, Abbas primum, deinde Episc. Cæsaraugustanus, vix. an. 616. de eo vid. Ildefons. Tolet. de Script. Eccl. c. 6. N. E.

BONIFACIUS V. Neapolitanus, ab an. 617. Papa, ob. an. 625. E. *Epp.* III. C. T. V. p. 1658.

MODESTUS, Patriarcha Hierosolymitanus, clar. ut videtur, circ. an. 620. E. *Excerpta* quædam ap. Cod. CCLXXV.

CYRUS, primo Lazorum Episc. clar. an. 620. ab an. 630. Patriarcha Alexandrinus, ob. an. 640. ex Catholico Hæreticus Monothelita. E. gr. l. Libri ejus *Capitulum Septimum* C. T. VI. p. 175. *Epp.* III. ad Sergium CP. ib. p. 207, 950. *Libellus Satisfactionis* ib. p. 954.

GEORGIUS, Episc. Alexandrinus, scriptor vitæ S. Chrysostomi, vixisse videtur circ. an. 620. E. hæc *vita* græce inter *Opp.* Chrysost. Edit. Savil. T. VIII. Lat. ap. *Sur.* Jan. XXVII. ἔστι μὲν τοι τὴν φράσιν ἁπλῆς, καὶ εἰς πολλὴν χυδαιότητα κατενηνεγμένος· μηδὲ τοῦτο δὴ, περὶ τοῖς γραμματικοῖς κατὰ χεῖρας, τὴν τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων σύνταξιν ἠκριβωμένος inquit Photius *; *dictio certe simplex in humilem admodum Stylum dela-* * Cod. 96.

Sæc. VII. ab an. DC. *delabitur; neque saltem, quod vel literationibus in promptu, nominum, verborumque accuratam adhibet constructionem.*

Joannes Antiochenus, Monachus, clar. circ. an. 620. E. ex ejus Historia excerpta ampla gr. l. una cum aliis ex Cod. Peireſciano ab H. Valeſio edita *Par.* 1634. 4°.

Honorius, Campanus, ab an. 626. Papa, in Monothelitarum hæreſim lapſus, ob. an. 636. E. *Epp.* VIII. C. T. V. p. 1681. *Epigramma de Apoſtolis* B. PP. T. XII. p. 314.

Braulio, ab an. circiter 627. Epiſc. Cæſarauguſtanus, ob. an. 646. E. *Epp.* II. ad Iſid. Hiſpal. vid. Miræi Not. ad Ildefonſ. c. 12. *vita S. Æmiliani* ap. Mabill. Sæc. 1. p. 205.

Sophronius, ortu Damaſcenus, ex Sophiſta Patriarcha Hieroſolymitanus, an. 629. ob. an. 636. E. gr. l. *Ep.* ſeu potius liber ad Sergium CP. C. T. VI. p. 851. *Orationes* II. *in Crucem* ap. Gretſer. T. II. prior gr. l. p. 1173. altera latinè tantum p. 1401. alia habet B. PP. T. XII. Frr. C. T. VII. 249. videſis Labbeum de Script. T. II. p. 366.

Jonas, Scotus, aliis Hibernus, Abbas Luxovienſis, ſunt qui monachum tantum fuiſſe volunt, clar. an. circ. 630. & deinceps. E. aliquot Abbatum *vita* ab eo ſcriptæ ap. *Sur.* & inter Bedæ *Opp.* & ap. Mabill. Sæc. II.

Gallus, Scoto-Hibernus, *Confeſſor* dictus, Columbani diſcipulus, Presbyter & Abbas, celeberrimi Cœnobii S. Galli in Helvetia ſumptibus Sigeberti Auſtraſiæ regis conditor, clar. an. 630. ob. febre correptus an. 635. inquit

inquit Waræus (*a*), 640. juxta Balæum (*b*) alioſque; ætat. XCV. E. *Sermo* Conſtantiæ in Templo S. Stephani in Conſecratione Joan. Epiſc. Conſtantienſis habitus ap. Caniſ. T. v. p. 896. *Opuſcula* quædam cum commentariis Barthii *Francof.* 1623. 8°.

Sæc. VII. ab an. DCI

(*a*) *De Script. Hibern. l.* 1. *c.* 3. *p.* 20.

(*b*) *Cent.* 14. *p.* 190.

Sulpitius, Pius dictus, natione Gallus, Epiſc. Bituricenſis, clar. an. 630. E. *Epp.* III. ap. Caniſ. T. v.

Joannes Moschus, *Eviratus* & *Eucrates* dictus, vix. circ. an. 630. omnia pene Orientis Monaſteria perluſtravit. E. gr. l. *Pratum Spirituale*, ſive vitæ Abbatum, &c. in Auct. PP. gr. l. T. II. ſtylum ejus velut rudem & ſimplicem notat Photius (*c*). Lacunas quæ hactenus in *Prato* conſpiciebantur, ſupplevit *Cotelerius* Monument. Eccl. Gr. T. II. p. 341.

(*c*) *Cod.* 199.

Conantius, Palentinus in Hiſpania Epiſc. clar. an. 633. N. E. vid. Ildefonſ. de Script. c. 11.

Justus, Epiſc. Toletanus, vix. an. 633. N. E. de eo agit Ildefonſ. c. 8.

Andreas, Damaſco oriundus, primò Monachus Hieroſolymitanus, dein ex Diacono & Orphanotropho CP. Cretenſis Archiep. clar. circ. an. 634. alii ad an. 550. vel 570. referunt. Nec enim de ætate ejus inter eruditos bene convenit. E. gr. l. *Orationes* II. *in Exaltionem Crucis* ap. Gretſer. de Cruce T. II. p. 1171. Opera verò omnia cum notis & Onomaſtico peculiari a Fr. Combefis edita *Par.* 1644. f.

Verus, Rutinenſis in Gallia Epiſc. clar. an. 634. E. *Epp.* II. ap. Caniſ. T. v.

Sæc. VII. ab an. DC.

Eugenius, ex Monacho Episc. Toletanus, clar. an. 636. vid. Ildef. de Script. c. 13. Hujus, quod sciam, nihil extat.

Desiderius, ab an. 637. Cadurcorum in Aquitania Episc. ob. an. 660. E. *Epp.* variæ ap. Canis. T. v. p. 526. & B. PP. T. VIII. p. 579.

Georgius Pisides, Ecclesiæ CP. Diaconus & Chartophylax, scripsit circ. an. 640. E. gr. l. versibus Iambicis *Cosmopoïea*, seu de opere sex dierum, aliaque Frr. *Par.* 1585. 8°. & in Bignæi Append. ad B. PP. *Par.* 1624. f.

Cummianus, Cognom. *Fota*, seu *Fada*, Fiacnæ *Farmuman* seu Occidentalis Momoniæ Regis Filius, Abbas, aliis Episc. Hibernus, clar. an. 640. ob. an. 661. vel seq. E. *Ep. Paschalis* ap. Usser. inter *Epp.* Hibern. p. 24. liber *de pœnitentiarum mensura* B. PP. T. XII. p. 41. confer Waræum de script. Hibern. p. 27.

Joannes IV. gente Dalmata, ab an. 640. Papa, ob. an. 641. E. *Ep. Paschalis* & *Apologia pro Honorio* C. T. V. prope fin. & *Ep.* 3ª. ib. p. 1772. & B. PP. T. XII. p. 835.

Thalassius, Monachus, a nonnullis an. 640. probabiliter ascribitur, ab aliis ad an. 465. refertur. E. Lat. *Hecatoncades* IV. de sincera charitate, &c. B. PP. T. XII. p. 337. & in *Orthodoxogr.* p. 897.

Theodorus, Urbis Pharan Episc. fide Monothelita, clar. an. 640. E. Frr. plura gr. l. C. T. VI. p. 163, 839.

Theo-

Sæc. VII. ab an. &c.

Theodorus, Theodori Patriarchæ Hierosolymitani filius, ab an. 641. Pontifex Romanus, ob. an. 649. E. *Epp.* in. C. T. vi. p. 1777.

Maximus, Abbas, & Confessor, quin & Martyr habitus, clar. ab an. 641. a Monothelitis actus in exilium, ob. in carcere an. 662. E. *Opp.* gr. l. cum notis 2 vol. *Par.* 1679. f.

Paulus, ex laico Patriarcha CP. an. 642. ob. an. 651. sectâ Monothelita. E. gr. l. *Ep.* ad Theodorum Papam C. T. vi. p. 622. Frr. ib. p. 839.

Sergius, Cypriorum Archiep. clar. an. 645. E. gr. l. *Ep. de Monothelitis.* C. T. vi. p. 122.

Victor, natione Afer, Episc. Carthaginiensis, clar. an. 645. E. *Ep. de Monothelitis* ad Theodorum Papam gr. l. C. T. vi. p. 151.

Theodorus, Presbyter in Monasterio Raitu, idem fortassis Photio memoratus Cod. 1. Maximi synchronus & familiaris clar. an. 645. E. gr. l. *Commentarius de incarnatione Domini* a Th. Beza latine versus, ac primum gr. & l. editus *Genev.* 1576. 4°. & inter Bezæ *Opp.* Theolog. Vol. 3°. p. 390. deinde *Par.* 1599. 8°. & in Auct. PP. gr. l. T. 1. p. 319. Tres vero disputationes *de nomine Dei, de Deo & deitate, & cum Nestoriano*, quæ habentur ap. Canis. T. iv. p. 281. non sunt nostri Theodori, sed, ut videtur, Theodori Hagiopolitani, sive Antiocheni (cujus meminit Gennadius *) nostro plusquam integro sæculo senioris; quamvis etiam inter opuscula *Theodori Abucaræ* reperiantur. An ejus sint, viderint alii.

* *De Script.* c. 12.

Sæc. VII. ab an. DC.

Eligius, patria Lemovix, ex aurifabro ab an. 646. Noviomenſis Epiſc. ob. an. 665. E. *Homiliæ* XVI. B. PP. T. XII. p. 300. *Ep.* unica inter eas ad Deſiderium Cadurc. *Homiliæ* ad Plebem ap. Auguſt. T. IX.

Taio, cognom. *Samuel*, Epiſc. Cæſarauguſtanus, clar. an. 649. E. *Præfatio* in v. libros ſententiarum ex *Opp.* B. Gregorii (qui itidem E. MSS.) ad Quiricum Barcinonenſem una cum Quiricı Reſponſ. ap. Mabill. Analect. T. II. p. 68. *Ep.* ad Eugenium Toletan. ap. Baluz. Miſcel. T. IV. p. 397.

Martinus I. Tuſcus, ab an. 649. Papa ob. exul an. 654. E. *Epp.* XVII. quarum XI. gr. l. C. T. VI.

Eugenius, *junior*, Epiſc. Toletanus, clar. an. 650. E. ejus opuſcula a Sirmondo edita *Par.* 1619. 8°. & B. PP. T. XII. p. 344.

Drepanius Florus, Gallus, Poeta, vix. circ. an. 650. E. *Hymni* aliquot in Bignæi Auctuar. p. 727. & B. PP. T. VIII. p. 667.

Maurus, Epiſc. Ravennatenſis, clar. an. 651. E. *Ep. de Monothelitis* gr. l. C. T. VI. p. 95.

Anastasius, Monachus, Maximi Abbatis diſcipulus, ſcripſit an. 655. ob. an. 662. E. *Ep.* ad Monachorum ap. Caralim Collegium, inter Anaſtaſii *collectanea*, quæ Sirmondus edidit *Par.* 1620. 8°. p. 142.

Anastasius, Presbyter, & Romanæ Eccleſiæ Apocriſiarius, clar. eodem tempore, an. 655. & poſt tertium exilium ob. Lazici an. 666. E. *Ep.* ad Theodoſium Gangrenſ. de obitu S. Maximi inter Collect.

lect. prædict. p. 193. & B. PP. T. XII. p. 858. Sæc. VII. ab an. DC.

Ildefonsus, Abbas Agalienſis, ab an. 657. Archiep. Toletanus, ob. an. 667. E. ejus *Opuſcula* B. PP. T. 12. p. 549, 567, 571. *Appendix de Scriptoribus Eccleſ.* tum alibi ſæpe, tum a Miræo edit. *Antwerp.* 1639. *Epp.* II. ap. Dacher. T. I. Varios ipſius Tractatus edidit Fr. Feuardentius *Par.* 1576. quos ſuppoſititios eſſe contendit Joan. Poza in *Elucidar. Deiparæ* l. 4 Tract. 4. c. 6. nec ullum ex ſcriptis ei attributis præter librum *de illibata B. Mariæ virginitate* genuinum eſſe agnoſcit. vid. Raynaud. de Bon. & Mal. libr. p. 143. & Labb. T. I. p. 505.

Vitalianus, Patria Signienſis, ab an. 657. Papa. ob. an. 669. E. *Epp.* VI. C. T. VI. p. 445.

Syricius, Epiſc. Barcilonenſis, clar. an. 657. E. *Epp.* II. ap. Dacher. T. I.

Marculphus, Monachus, ni fallor, Pariſienſis, ſeptuagenarius adhuc ſcripſit, circ. an. 660. E. *Formulæ Eccleſiaſticæ* ab eo collectæ *Par.* 1613. 8°. auctior vero editio ibid. an. 1666. 4°. & inter Capitularia a Baluzio edita. & B. PP. T. XII. p. 767.

Cummineus, *Albus*, patria Hibernus, Abbas Hyenſis, clar. an. 660. ob. an. 669. E. *vita S. Columbæ Hyenſis* ap. Mabill. *Sæc. Benedict.* I. p. 361.

Theodosius, & Theodorus, ejuſdem temporis Monachi, ſcripſerunt an. 668. E. *Scholion* ſive *Hypomneſticum* de Anaſtaſio ejuſque ſociis in Anaſtaſii collectaneis p. 251.

Sæc. VII. ab an. DC.

Isaias, Abbas, vixisse videtur circ. an. 668. E. ejus *Homiliæ* B. PP. T. XII. p. 384.

Theodorus, Tarsi in Cilicia natus, a Vitaliano Papa creatus Archiep. Cantuariensis, & in Angliam missus an. 668. ob. an. 690. E. *Pœnitentiale*, aliaque cum notis & Dissertationibus Petiti *Par.* 1679. II. Tom. 4°.

Adeodatus, Romanus, O. B. ab an. 671. Papa. ob. an. 678. E. *Ep.* seu Rescriptum, C. T. VI. p. 523.

Agatho, Siculus, ex Monacho S. Equitii ab an. 678. Papa. ob. an. 682. E. *Ep.* C. T. VI. p. 576. duæ gr. l. ib. a pag. 630.

Adamnanus, seu Adamanus, Scoto-Hibernus, Presbyter, & ab an. 679. Abbas Hyensis, ob. an. 704. E. libri 3. *de vita S. Columbæ* ap. Canis. T. V. Part. II. p. 562. *de locis Sanctis* lib. 3. ap. Mabill. Sæc. Ben. III. Part. II. p. 502. & *Ingolst.* 1619. Consulas Usserii *Epp.* Hibern. p. 42.

Ceofridus, Bernicius, Abbas Scotorum, Bedæ Præceptor, clar. an. 680. ob. an. 716. de ejus scriptis vid. Baleum Cent. I. c. 93. E. *Ep.* ad Naitanum Regem Pictorum C. T. VI. p. 1423.

Aldhelmus, Anglus, Inæ Visisaxonum Regis Nepos, ex Monacho Bladunensi primus ap. Saxones Occidentales Episc. Shirburnensis, clar. circ. an. 680. ob. an. 709. Primus ex Anglorum gente juxta Camdenum (*a*), qui Latine scripsit, primusque qui componendi carminis Latini rationem populares suos docuit. E. *Opuscula* II. carmine scripta, viz. *de laude virginum*, & *de VIII. principa-*

(*a*) *Britan. in Wilt. p.* 116.

cipalibus vitiis B. PP. T. XIII. p. 1, 22, 31. De iis quæ perierunt conſule Baleum & Pitſeum. SÆC. VII. ab an. DC.

APONIUS, quiſquis ſit, vir non indoctus, claruiſſe videtur circ. an. 680. E. *Expoſitio in Cantica* Friburg. 1538. & B. PP. T. XIV. p. 98.

MANSUETUS, Epiſc. Mediolanenſis, clar. an. 680. E. *Ep. de fide Catholica* C. T. VI. p. 601.

MACARIUS, Archiep. Antiochenus, Hæreticus Monothelita, clar. an. 680. in ſexta Synodo damnatus, & in exilium miſſus. E. *Expoſitio* ſeu *Confeſſio Fidei* gr. l. C. T. VI. p. 743. Frr. ib. p. 903.

PETRUS, Metropolita Nicomedienſis, hæreſeos Monotheleticæ ſuſpectus, clar. an. 680. E. gr. l. *Libellus ſatisfactionis de fide* VI. Synodo oblatus, C. T. VI. p. 842.

EULALIUS, Zenonopoleos in Iſauria Epiſc. clar. an. 680. Concilio CP. interfuit an. 681. N. E.

JULIANUS POMERIUS, ab an. 680. Archiep. Toletanus, ob. an. 690. E. Opuſcula B. PP. T. XII. p. 590. *Appendix ad Ildefonſ.* de Script. Eccleſ. cum Hieronymo, Gennadio, &c. edi ſolet; quæ quidem unius Ildefonſi vitam continet. *Hiſtoria de rebellione Narbonenſi* ap. Du-Cheſn. Script. Franc. T. I.

LEO II. Siculus, Canonicus Regularis, ab an. 683. Papa. ob. an. 684. E. *Epp.* V. (quarum aliquot ſpuriæ) C. T. VI. p. 1245.

Sæc. VII. ab an. pc.

Benedictus II. Romanus, ab an. 684. Papa. ob. an. 685. E. *Epp.* II. C. T. VI.

Sergius I. Patria Antiochenus, ab an. 687. Papa. ob. an. 701. E. *Ep.* unica C. T. VI. p. 1294.

Arculphus, Episc. Gallicanus, vix. an. 690. & totum fere Orientem perlustravit. E. libri III. *de situ Terræ Sanctæ*, ex ejus ore ab Adamanno excepti *Ingolst.* 1619.

Cresconius, Episc. Africanus, clar. circ. an 690. E. *Breviarium Canonum*, & alia *Collectio Canonum* sub ejus nomine *Divinione* 1649. & ap. Justell. Biblioth. T. I. p. 456. & in Append. p. 33.

Fælix, ex Episc. Hispalensi ab an. 693. Archiep. Toletanus, præfuit Concil. Tolet. XVI. an. 693. quo an. ob. non liquet. N. E.

Angradus, Monachus Fontanellensis in Normannia, clar. circ. an. 699. E. *vita S. Ansberti* ap. *Sur.* Febr. IX.

Auctor Anonymus, a Photio commemoratus, gente Thebanus, domo Panopolita, incerti quidem temporis Scriptor, huic tamen sæculo, ut videtur, adscribendus, quippe qui non diu post Heraclii tempora vixit, & CP. cum uxore & liberis habitavit. Condidit opus πολύβιβλον, libris XV. in quibus testimonia, locaque integra ex Gentilium scriptis, non modo Græcis, verum etiam Persicis, Thracicis, Ægyptiis, Babylonicis, Chaldaicis, quin & Italicis, in Christianæ religionis gratiam & confirmationem collegit. Summa quædam rerum capita tangit Photius Cod. CLXX. ubi zelum ejus, pietatem, & industriam laudat, judicium verò & eloquentiam meritò desiderat. N. E.

Sæc.

Sæc. Eiconoclasticum.

Conſpectus Sæculi.

CHriſtianos in Hiſpania graviter vexant Saraceni. Totum pene hoc Sæculum exercet famoſa de cultu imaginum controverſia. Prohibet imagines ſanctorum Philippus Bardanes an. DCCXIII. Synodus provincialis Nacoliæ ſub Theophilo Metropolita an. DCCXXIII. congregata. Leo Iſaurus an. DCCXXVI. a Gregorio III. ſupra idcircò excommunicatus. Conſtantinus Copronymus edicto Conſtantinopoli promulgato an. DCCXLI. quin & exacto a ſubditis ſuis juramento, ne quiſquam adoraret imagines. Denique Synodus Oecumenica Conſtantinopoli in æde D. Mariæ Θεοτόκου in Blachernis habita an. DCCLIV. Verum irrita hæc omnia reddit Concilium II. Nicænum an. DCCLXXXVII. ſtatuens, ſanctas imagines venerandas & colendas eſſe, cereis & ſuffitu honorandas. Tranſmiſſis verò in Occidentem hujus concilii Actis, Synodum CCC. Epiſcoporum Francofurti convocat Carolus Magnus an. DCCXCIV. qua decretum eſt, imagines non eſſe adorandas, quin & Acta Nicænæ Synodi reſciſſa ſunt & refutata, libris IV. *Carolinis* eum in finem editis. In eadem Synodo Fœlix Urgel- Sæc. VIII. ab an. DCC.

Sæc. VIII. ab an. DCC.

gellitanus, & Elipandus Toletanus, qui docuerunt Chriſtum ſecundùm carnem eſſe ſolummodo filium Dei adoptivum, damnantur. Mirè creſcit hac ætate Romanorum Pontificum faſtus & potentia, præcipuè poſt Occidentis imperium a Græcis ad Francos tranſlatum.

SCRIPTORES.

JOANNES, Carpathiorum Epiſc. Photio Cod. CCII. memoratus, huic an ſuperiori Sæculo ſit aſcribendus N. L. Hic pedem figat, donec certiora proferantur. E. Lat. *Documenta Spiritualia* XCVII. B. PP. T. XII.

BEDA, Venerabilis dictus, natione Anglus, Girvici in agro, ceu hodie vocatur, Dunelmenſi, non longe a Tinæ fluminis oſtio natus an. 673. Monachus factus Girvicenſis & Wirmuthenſis, clar. præcipue ab an. 703. quo Presbyter ordinatus eſt, ob. juxta quoſdam an. 735. juxta alios an. 762. vel 766. E. *Opp.* 3 vol. *Baſ.* 1563. *Col.* 1612. f. *Hiſtoria Eccleſiaſtica* una cum Alfredi Regis paraphraſi Saxonica, doctiſque Abr. Wheloci notis *Cantabr.* 1644. f. cum notis P. Fr. Chiffletii *Par.* 1681. 4°. *Epp.* II. & *vita Abbatum Wiremuthenſium & Girwic. Dublin.* 1664. 8°. *Ep.* ad Albinum ap. Mabillon. Analect. T. I. *Martyrologium* Carmine Heroico ap. Dacher. T. X.

JOAN-

Sæc. VIII. ab an. DCC.

Joannes VII. natione Græcus, Patria Roſſanus, ab an. 705. Papa. ob. an. 707. E. *Ep.* unica C. T. VI. p. 1390.

Conſtatinus, natione Syrus, ab an. 708. Papa. ob. an. 714. E. *Ep.* ad Brithwald. Archiep. Cantuarienſem C. T. VI. p. 1397.

Joannes, Patriarcha CP. clar. an. 714. E. *Ep. de actis Bardanis Imperatoris* gr. l. C. T. VI. p. 1410.

Agatho Magnæ Eccleſiæ Bibliothecarius, Patriarchalis Protonotarius, Cancellarius ſecundus, clar. an. 714. E. *Epilogus* de iiſdem actis, gr. l. ibid. p. 1402.

Gregorius II. Romanus, O. B. ab an. 714. Papa. ob. an. 731. E. *Epp.* XV. & *Capitulare* C. T. VI. p. 1437.

Fælix, O. B. Monachus Gerwenſis, clar. 714. E. *vita S. Guthlaci* Anachoretæ Crowlandenſis ap. Mabill. Sæc. III. Part. I. p. 263.

Germanus, primò Cyzici Epiſc. dein ab an. 715. Patriarcha CP. in exilium miſſus an. 730. ob. an. 740. E. gr. l. *Epp.* III. C. T. VII. p. 289. item *rerum Eccleſiaſticarum Theoria* & Orationes III. in Auct. B. PP. gr. l. T. II. p. 450. verum de his poſterioribus dubitari poteſt, an non juniori Germano CP. tribuenda ſint? interim E. *Excerpta* ex Apologetico pro G. Nyſſeno ap. Phot. Cod. CCXXXIII. *Oratio in Encænia Venerandæ Ædis B. Mariæ, & in Faſcias Domini noſtri* gr. l. ap. Combef. Orig. CP. p. 231. Fr. *de Hæreſibus* aliaque B. PP. T. XIII.

Boni-

Sæc. VIII. ab an. DCC.

Bonifacius, *Winifridus* antea dictus, Anglus, regio stemmate ortus, O. B. Monachus, ab an. 722. Germanorum Apostolus, ab an. 745. Archiep. Moguntinus, Martyrio coronatus an. 754. E. *vita S. Livini* & *Epp.* plures cum notis Serrarii *Mogunt.* 1605. 4°. quædam hinc inde C. T. VI. omnes B. PP. T. XIII. p. 70.

Cosmas Hierosolymitanus, ut aliqui volunt, *Hagiopolites* dictus, & Maiumæ Episc. Ἀνὴρ εὐφυέστατος, uti vocat Suidas, clar. an. 730. E. Lat. *Hymni* XIII. in præcipuas Festivitates, in Bignæi Append. ad B. PP. 1624. & B. PP. T. XII. p. 734. sed an hujus sint N. L.

Gregorius III. ortu Syrus, O. B. ab an. 731. Papa. ob. an. 741. E. *Epp.* VII. & *Excerpta ex Patribus de pœnitentia* C. T. VI. p. 1468.

Egbertus, Anglus, Eadberti Regis frater, ab an. 731. Archiep. Eboracensis, ob. an. 767. E. *Dialogus de Ecclesiastica institutione* cum opusculis Bedæ a Cl. Waræo *Dublin.* edit. 1664. *Excerpta* CXLIV. ex dictis & Canonibus S. Patrum & 34. ex *libro* ejus *Pœnitentiali* C. T. VI. a p. 1586. ipse liber *Pœnitentialis*, magna saltem ex parte, habetur ap. Morinum Append. ad lib. de Pœnitent. a p. 11.

Fredegarius Scholasticus, gente, ut videtur, Gallus, clar. circ. an. 740. E. *Historia de gestis Francorum* (quæ pro Appendice Gregorii Turonensis haberi solet) ap. *Du-Chesn.* Scriptor. Francic. T. I. & B. PP. T. XI. p. 815.

Ana-

ANASTASIUS, S. Euthymii in Palæſtina Abbas, clar. an. 741. E. *Liber contra Judæos* B. PP. T. XXI. & ap. Caniſ. T. III. Sæc. VIII. ab an. ccc.

JOANNES, patria Damaſcenus, *Manzur* ſeu *Chryſorrhoas* dictus, Monachus S. Sabæ, & Presbyter Hieroſolymitanus, clar. an. 741. ob. an. circ. 750. E. ejus *Opp.* partim græcè, partim Lat. *Baſ.* 1575. *Par.* 1577, 1619. f. in hoc verò Pariſienſem longe ſuperat Editio Baſilienſis, quod multo plures Damaſceni tractatus græcè exhibet. Lib. *de hæreſibus* extat integer gr. l. ap. Coteler. Monument. Eccl. Gr. T. I. p. 278. ſub ejus etiam nomine *Ep. de S. imaginibus* (quæ tamen revera eſt Orientalium Synodica) ap. Combef. Orig. CP. p. 110. Conſulat qui inedita Damaſceni cognoſcere cupit, *conſpectum novæ editionis omnium Opp. S. Damaſceni*, quem in lucem emiſit Ph. Labbeus *Par.* 1652. 4°. & qui hoc nomine Labbeum plagii inſimulat, L. Allatium in *Catalogo Operum S. Joannis Damaſceni* ad Calcem Symmict. p. 445.

ZACHARIAS, natione Græcus, Profeſſione Monachus, ab an. 742. Papa Romanus, ob. an. 752. E. *Epp.* XVII. C. T. VI. p. 1498. *S. Gregorii Dialogi* græcè verſi, gr. lat. inter *Opp.* Greg. *Rom.* 1590. ubi deſunt VI. capita, ſupplenda ex Caniſ. T. III. p. 24. integri E. in editione Pariſienſi an. 1640.

CHRODOGANDUS, ex pago Hasbanienſi in Germania natus, Pipini Regis ex ſorore nepos, majoris Caroli Referendarius, & ab an. circiter 742. Epiſcopus Metenſis; auctoritatis pontificiæ propugnator ſtrenuus, qui etiam cœlibatum ſacerdotum, ſpontaneam pau-

Sæc. VIII. ab an. DCC.

paupertatem, vitam monaſticam, jejunia, feſta, miſſas, & alia hujuſmodi ſupra modum extulit, teſte H. Pantaleone(a), qui Chrodogandum an. 765. apud Metenſes obiiſſe ſcribit. E. *Regula*, quam Eccleſiæ ſuæ Clericis perſcripſit C. T. VII. p. 1444. de qua omnino videnda Ph. Labbei obſervatio ib. p. 1443. E. etiam alia regula ex Chrodogango aliiſque conſarcinata ib. p. 1464.

(a) *De viris illuſtr. Germ. Part. I. p. 262.*

WILLIBALDUS, Anglo-Devonius, Regio genere ortus, ab an. 745. Eicſtatenſis Epiſc. ob. 781. ætat. LXXVII. E. *vita Bonifacii* petente Lullo Archiep. Moguntino ſcripta, ap. Caniſ. T. IV. part. II. p. 341. ſed D.

MARCUS, Epiſc. Hydruntinus, clar. ut volunt, an. 750. E. Lat. *Hymnus in Magnum Sabbatum* B. PP. T. VIII. Edit. *Par.* 2. & alibi.

EUSTATHIUS, Epiſc. Theſſalonicenſis, clar. an. 750. E. Græcè *Commentarii in Homerum* & *Dionyſium* περιηγητὴν, ſed qui non ſunt hujus loci.

STEPHANUS II. Romanus, ab an. 752. Papa, ob. an. 757. E. *Epp.* VI. aliaque præcepta, & Reſponſa C. T. VI. p. 1630.

JOANNES, Patriarcha Hieroſolymitanus, clar. an. 754. E. Lat. *vita Damaſceni* cum *Opp.* Damaſcen. & ap. *Sur.* Maii VI.

ANTONIUS, Monachus, a ſermonibus *Meliſſa* dictus, vixiſſe putatur circ. an. 756, verùm incerta plane conjectura. E. Lat libri II. *locorum Communium de virtutibus & vitiis Par.* 1575, 1589. B. PP. T. V. edit. *Pariſ.* p. 878. gr. l. *Tigur.* 1546. f. a Geſnero editi, & *Genevæ* ad calcem Stobæi 1609. f.

MAR-

Sæc. VIII. ab an. DCC.

Marcellinus, Anglus, patria Brigantinus, Presbyter & Monachus Eboracenſis, una cum undecim aliis, ad Germaniam convertendam miſſus, clar. circ. an. 756. quando ob. N. L. E. *Acta S. Suithberti*, ſed interpolata, ap. *Sur.* Mart. I.

Paulus I. ortu Romanus, ab an. 757. Papa, ob. an. 767. E. *Epp.* XII. C. T. VI. p. 1672.

Ambrosius Ansbertus, rectius Autpertus, Gallus, Monachus, ac poſtremò Cœnobii ad Fontes Vulturni Abbas, clar. an. 760. ob. an. 778. E. *Comment. in Apocalypſim*, in *Pſalmos*, & *Cantica Col.* 1536. B. PP. T. XIII. p. 403. Ambroſium Ansbertum diverſum ab Autperto Abbate facit Th. Raynaudus (a) neſcio ſanè qua ratione ductus, & huic poſteriori commentarios in Apocalypſim adjudicat.

(a) *De bon. & mal. lib.* p. 125.

Stephanus IV. Siculus, ab an. 768. Papa, ob. an. 772. E. *Epp.* III. & Decreta quædam C. T. VI. p. 714.

Carolus Magnus, Pipini filius, Ingethemi prope Moguntiam natus, ab anno 768. una cum fratre Francorum Rex, ſolus ab an. 771. ab an. 800. Romanorum Imperator, ob. an. 814. E. *Epp.* plures, & *Capitula* C. T. VI, & VII. *Capitulare Par.* 1640. 8°. & inter *Capitularia* a Baluzio edita ib. 1677. 2 vol. f. *Libellus* ad Alcuinum *de ſacrificio Miſſæ, & ratione rituum Eccleſiæ* a W. Lazio edit. una cum aliis *Antw.* 1560. 8°. *Ep.* de baptiſmo ad Odisbertum Mediolanenſ. ap. Mabill. Analect. T. I. p. 21. Præfatio in Homiliarium Pauli Diacon. ib. p. 25. lib. IV. *Caroſini* dicti, ab Ingilramno quidèm, ut volunt nonnulli, com-

Sæc. VIII ab an. DCC.

compoſiti) ſub ejus nomine editi, de cultu imaginum adv. II. Synodum Nicænam a Joh. Titio Meldenſi Epiſcopo primum publici juris facti *Par.* 1549. 8°. dein *Col.* 1555. denique a Goldaſto *Francof.* 1608. 8°.

Leo, ab an. 769. Ravennatum Archiep. ob. an. 777. N. E. interim vid. Hier. Rubei Hiſt. Ravenn. lib. 5. p. 227.

Hadrianus I. Romanus, ab an. 772. Papa, ob. an. 795. E. *Epp.* XVI. C. T. VI, & VII. *Epitome Canonum*, ib. T. VI. p. 1800. *Capitula* LXXX. p. 1830.

Paulus Winfridus, Longobardus, Diaconus Aquileienſis, dein Deſiderii Longobardorum Regis Cancellarius, & cum eo captus an. 774. tandem Monachus Caſinenſis, ob. circ. an. 801. E. *Hiſtoria Longobardorum* Baſil. 1532. & ap. Grot. in Hiſt. Gothor. *Amſtel.* 1655. 8°. lib. *de geſtis Epiſcoporum Metenſium* inter Hiſtoricos Franc. Freheri, & Ducheſnii; & B. PP. T. XIII. p. 160, 329. & T. XXVII. p. 484. & alia quædam, de quibus Labbeus, Miræus, &c. ejus etiam vulgò creditur prima Hiſtoriæ Miſcellæ Conſarcinatio, veréne an falſò penes eruditos eſto judicium.

Fl. Albinus Alcuinus, Anglus, Bedæ & Egberti Diſcipulus, Diaconus Eboracenſis, Caroli M. Magiſter, & Academiæ Pariſienſis inſtitutor, Abbas denique Turonenſis, clar. an. 780. ob. an. non 790. ut male Pitſeus (a) ſed 804. E. *Opp.* omnia ab Andr. Quercetano collecta *Par.* 1617. f. *Epp.* II. & Sermo ad Carolum M. ap. Baluz. Miſcel. T. 1. p. 365. *Ep.* & *Præfatio* in lib. 7. ad. Fœlicem ib.

(a) *De ſcript. Angl. p.* 163.

ib. T. IV. p. 413. *Epp.* III. & *Præfatio in Pſalmos Pœnitent.* ap. Dacher. T. IX. *vita S. Willibrordi* ap. Mabill. Sæc. III. part. I. p. 601. Sæc. VIII. ab an. DCC.

Tarasius, Photii Proavunculus, ex Imperatoris Secretario ab an. 785. Patriarcha CP. ob. an. circ. 806. E. *Ep. Encyclica* gr. l. C. T. VII. p. 161. aliæ II. ad Hadrianum Papam ib. p. 624. IV^a. ad Joan. Anachoret. ib. p. 637. *Apologeticus* ad Populum antequam fieret Patriarcha ib. gr. l. p. 33.

Epiphanius, Catanenſis in Sicilia Diaconus, Thomæ Sardorum Archiepiſcopi in ſecunda Synodo Nicæna locum tenens, clar. an. 787. E. *Sermo Laudatorius* in eadem Synodo habitus C. T. VII. p. 617.

Basilius, Epiſc. Ancyranus, clar. an. 787. E. gr. l. *confeſſio de cultu imaginum* II. Synodo Nicænæ oblata C. T. VII. p. 56.

Elias, Metropolita Cretenſis, interfuit II. Synodo Nicænæ an. 787. E. Lat. *Commentaria in Nazianzeni Orationes* cum *Opp.* Naz. edit. *Reſponſa* ad Dionyſii Monachi interrogata gr. l. Jur. Gr. Rom. l. 5. p. 335.

Theodosius, Ammorii Epiſc. clar. itidem an. 787. E. gr. l. *libellus de cultu Imag.* C. T. VII. p. 60.

Georgius, Monachus, Taraſii Patriarchæ CP. Syncellus, vix. an. 792. eundem hunc cum Georgio Hamartolo facit Voſſius, & cum illo alii, quem tamen

Sæc. VIII. ab an. DCC. men aliqui diverſum faciunt. E. gr. l. *Chronicon* inter Scriptores Byzantinos *Par.* 1655. f. *Homilia de cruce* ap. Gretſ. T. II.

Theophanes, Patria CP. natus an. 758. ſive rectiùs forſan 748. itidem Monachus, & ob cultum imaginum ſtrenuè defenſum, eoque nomine exilium, & vincula ſubſequuta, *Confeſſor* dictus, & Cœnobii, cui *Agri* nomen, Præpoſitus, Syncello familiaris, vix. an. 792. etiam diu antea clarus, ob. circ. an. 816. Syncelli Chronicon continuavit, quocum gr. l. E. *Par.* 1655. f.

Theodulphus, Italus, Abbas Floriacenſis, & ab an. 794. Aurelianenſis Epiſc. ob. circ. an. 821. E. *Opp.* omnia *Par.* 1646. 8°. Carmina aliquot addidit Mabill. Anal. T. I. p. 376. *Frr.* duo ap. Dacher. T. V.

Paulinus, Epiſc. Aquileienſis, clar. an. 794. ob. an. 803. E. liber adv. Elipandum Toletanum ap. Sirmond. Conc. Gall. T. II. contra Fœlicem Urgellitanum lib. III. *Par.* 1617. Frr. Epiſtolæ C. T. VII. p. 1064. alia ap. Baluz. Miſcell. T. I. p. 362.

Leo III. Romanus, ab an. 795. Papa. ob. an. 816. E. *Epp.* XIII. C. T. VII. p. IIII.

Heterius, Uxamenſis in Hiſpania Epiſc. & Beatus Presbyter, junctis viribus, adv. Elipandum Toletanum, circ. an. 796. ſcripſerunt. E. *de adoptione Chriſti filii Dei* lib. 2. B. PP. T. XIII. p. 353. & in Auct. Caniſ. *Ingolſt.* 1616. 4°.

Da-

Sæc. VIII. ab an. DCC.

Dacrianus, Abbas, O. B. a Margarino Bignæo in Indice Chronologico octavo huic Sæculo aſcribitur. E. *Speculum Monachorum, & Spiritalis vitæ Documenta* B. PP. T. 8. *Edit. Col.* verum nullum talem ſcriptorem dari, neque unquam in rerum natura fuiſſe Abbatem Dacrianū contendit Th. Raynaudus (*a*), nec alium horum opuſculorum auctorem eſſe, quam Ludovicum Bloſium, Abbatem Lætienſem, qui notante Poſſeviho (*b*) obiit an. 1566. & qui ſe Dacrianum i. e. gementem ac flentem nominavit, ut collapſos eorum, quos informatos rite volebat, mores, minore cum invidia reſtitueret. Et hinc fortaſſe factum eſt ut in noviſſima Bibliothecæ Patrum editione hic ſcriptor non comparet.

(*a*) *De bon. & mal. l. Part.* 1. *Erot.* 10. *p.* 137.

(*b*) *T.* 2. *p.* 36.

Sæculum Photianum.

Conſpectus Sæculi.

Sæc. IX. ab an. DCCC

ACademiæ Pariſienſis, Oſnabrugenſis, Ticinenſis, auctore Alcuino Anglo a Carolo Magno ineunte hoc Sæculo inſtitutæ; erectis etiam in quovis fere celebriori Monaſterio Scholis, ſive Collegiis, in quibus adoleſcentes melioribus literis erudirentur. Cultus imaginum in Eccleſia Orientali iterum ſublatus a Leone Armenio an. DCCCXIV. a Theophilo Auguſto an. DCCCXXX. reſtitutus a Michaele III. an. DCCCXLII. Bulgari ad Chriſtianæ religionis fidem normamque convertuntur. Gravi ſchiſmate laborat Eccleſia Conſtantinopolitana, ejecto Ignatio, & evecto in Patriarcham Photio an. DCCCLVIII. Confirmat id Synodus, quam Græci vocant Oecumenicam, an. DCCCLXI. Reſtituitur Ignatius a Synodo vulgò *Octava* dicta an. DCCCLXIX. Ignatio demum mortuo, Photius Synodum CCCLXXXIII. Epiſcoporum congregat, quam *Octavam Oecumenicam* fuiſſe Græci volunt, in qua omnia in gratiam Photii ſtatuta ſunt. Hinc immedicabilis Orientalem inter & Occidentalem Eccleſiam Schiſmatis fundamenta, præſertim voce, FILIOQUE, Symbolo a Romanis addita.

Ni-

NICEPHORUS, Chartophylax clar. forsan circ. an. 800. ætas enim ejus admodùm dubia. E. Lat. *Epp.* II. & *Quæstionum Solutiones* B. PP. T. XII. *Solutiones* verò gr. l. Jur. Gr. R. lib. 5. p. 341. SÆC. IX. ab an. DCCC

AMALARIUS, *Fortunatus* Trevirensis Archiep. Caroli M. ad CP. Legatus, clar. an. 800. ob. an. 814. E. liber *de S. Baptismate*, Alcuino vulgò tributus, ubi habetur. vid. Sirmondi notas ad Theodulfum p. 275.

LUDGERUS, Frisius, primus Episc. Monasteriensis, clar. an. 800. quin & superiori sæculo ascribi poterat. ob. an. 809. E. *vita S. Gregorii Ultraject. Mogunt.* 1616. *Ep.* de S. Suithberto ap. *Sur.* Mart. I.

PAULUS DIACONUS, clar. initio sæculi noni circ. an. 806. E. libri IV. *de vita S. Gregorii* ap. Mabill. Sæc. I. p. 385.

NICEPHORUS, patria CP. ex Imperiali Secretario, ab an. 806. Patriarcha CP. ab Iconomachis in exilium missus an. 815. ob. an. 828. E. gr. l. *Breviarium Historiæ* cum notis Petavii *Par.* 1618. 8°. & inter scriptores Byzantinos 1648. f. *Chronologia Tripartita* cum Goaris notis ib. 1652. f. Syncello subjecta. *Ep.* ad Leon. Papam. C. T. VII. p. 1205. *Canones* ap. Zonar. & alibi. Lat. *Opuscula* IV. adv. Iconomach. ap. Canis. T. IV. p. 253. στιχομετρία, sed quam non esse Nicephori nostri probat ὁ πάνυ Pearsonus, Vindic. Ignat. part. I. c. 4. De stylo ejus en Photii (*a*) judicium. ἔστι δὲ τὴν φράσιν ἀπέριττός τε καὶ σαφὴς· καλλιλεξίᾳ τε καὶ συνθήκῃ λόγου ὅτε λελυμένῃ, ὅτε αὖ πάλιν συμπεπεσμένῃ, περιέρ-

(*a*) Col. 66.]

Sæc. IX. ab an. DCCC

γως κεχρημένος· ἀλλ' οἷα ἂν χρήσαιτο ὁ ῥητορικὸς ὡς ἀληθῶς καὶ τέλειος ἀνήρ· τότε γὰρ νεωτεροποιὸν ἐκκλίνει, καὶ τὸ ἀρχαιότροπον καὶ ἐξησκημένον οὐ παραπέχει· ἔτι δὲ καὶ ἡδονὴ κέκρατο αὐτοῦ σὺν χάριτι τοῖς λόγοις. *Nihil stylus habet supervacaneum, aut obscurum: verborum delectu, orationisque compositione neque nimis dissoluta, neque contra nimis astricta, anxie est usus; sed qualia adhibere possit rhetor quivis, vel perfectus revera orator, vitat enim novè ficta, neque antiquitate usuque probata præterit. Jucunditas adhæc, illi gratiam conciliat in dicendo.* Addit denique illum plerosque qui antecesserunt, in conscribenda historia transeundo obscurare, nisi quod nimia brevitate non videatur omnes venustatis partes explevisse.

Leidradus, gente Noricus, Imperatoris Bibliothecarius, Lugdunensis Archiep. clar. circ. an. 806. Sedi suæ renunciavit circ. an. 813. E. *Epp.* II. ad calcem *Opp.* Agobardi, & B. PP. T. XIV. p. 232.

Ignatius, arte Grammaticus, Magnæ Ecclesiæ CP. Diaconus & Sceuophylax, demùm Nicænorum Metropolita, clar. an. 806. & deinceps. E. Lat. *vita Tarasii Patriarchæ* CP. ap. *Sur.* & *Bolland.* Febr. XXV. *vita Nicephori* CP. gr. l. ap. Henschen. Mart. XIII.

Hatto, Germanus, in Monasterio Augiæ majoris educatus, ejusdemque cœnobii Abbas, tandem Episc. Basiliensis, clar. ab an. 811. Caroli M. ad Nicephorum Græcorum Imperatorem legatus, cum quo pacem constituit, & certis limitibus utriusq; imperiū definivit. ob. an. 836. ipse tamen adhuc vivens, senio gravatus, Huldrico Episcopatum

tum tradidit. E. *Capitulare* ap. Dacher. T. VI. & C. T. VII. p. 1522. Sæc. IX. ab an. DCCC

Jesse, Episc. Ambianensis, clar. an. 811. ob. an. 836. E. *Ep. Catechetica* cum Hincmari Opusc. *Par.* 1615. 4°. & B. PP. T. XIV. p. 67.

Claudius Scotus, natione non Scotus, sed Hispanus, ex Monacho O.B. Episc. Taurinensis, errorum Ecclesiæ Romanæ in cultu imaginum suo tempore fortis oppugnator, clar. an. 812. ob. post an. 824. E. *Comment. in Ep. ad Galat. Par.* 1542. 8°. B. PP. T. XIV. p. 134. vid. etiam p. 197. E. *Præfatio in Levit.* alia in *Ep. ad Ephes.* ap. Mabillon. Analect. T. I. p. 30. *brevis Chronica* ap. Labb. Biblioth. Nov. T. I. p. 309. aliaque adhuc latent in MSS.

Amalarius, Metensis Diaconus, tandem Episc. Metensis, & Lugdunensis Archiep. clar. ab an. circ. 812. usque ad an. 836. & forsan diutius. E. libri IV. *de divinis officiis* una cum aliis *Par.* 1610. f. p. 395. & B. PP. T. XIV. p. 934. prolixum supplementum edidit Mabill. Analect. T. II. p. 96. *Epp.* aliquot ap. Dacher. T. VII. *de ordine Antiphonarii* B. PP. ib. p. 1032.

Theodorus, a Monasterio cui præfuit, *Studites* dictus, Patria, ut videtur, CP. Archimandrita Doctissimus, multa pro cultu imaginum passus, clar. an. 812. ob. an. 826. E. Lat. *Opuscula varia* B. PP. T. XIV. de *Bartholomæo Apost.* ap. Dacher. T. III. Oratio gr. l. *in exaltationem pretiosæ & vivificæ crucis media Quadragesima* ap. Gretser. T. II. p. 1405. plurima adhuc latent. vid. Bellarm.

Sæc. IX. ab an. DCCC

de Script. Eccl. p. 259. Baron. ad an. 798. M. Ant. Alegre in Paradiso Carmel. p. 236.

Agobardus, Gallus, ab an. 813. Archiep. Lugdunensis, cultum imaginū damnavit, ob. an. 840. E. *Opp.* omnia *Par.* 1605. 8°. cum notis Baluzii ib. 1666. 2. vol. 8°. & exinde B.PP. T. XIV. p. 234. Tractatus *de comparatione utriusque regiminis*, qui unius Agobardi nomen præfert, ex tribus tamen dissertationibus, quarum prima solummodo Agobardi, consarcinata est, monente P. de Marca, (*a*) & post illum, Theoph. Raynaudo (*b*).

(*a*) *De Concord. l. 4. c. 11. §. 3, 4. p. 235.*

(*b*) *De bon. & mal. lib. p. 122.*

Eginardus, Carolo M. a secretis, deinde Abbas Selingenstadiensis, clar. ab an. 814. ob. ut volunt, 843. E. *vita Caroli M. Argent.* 1644. 4°. inter Scriptores Germanicos Reuberi *Francof.* 1584. f. p. 1. & alibi sæpe. Libri IV. *de translatione & Miraculis SS. Marcellini & Petri* ap. Sur. Jun. XXI. *Annales* rerum gestarum Pipini, &c. a viris doctis ei tribuuntur, de quorum variis editionibus consule Sandii notas ad Voss. de Hist. Lat. p. 44.

Hectus, aliàs Hetto, ex Abbate Epternensi Archiep. Treverensis, clar. an. 816. ob. an. 838. E. *Epp.* II. C. T. VII. p. 1865.

Paschalis I. Romanus, ab an. 817. Papa, ob. an. 824. E. *Epp.* II. C. T. VII. p. 1502. tertia ib. p. 1869.

Sedulius, Scotus, sacræ scripturæ Interpres, clar. non an. 350. nec 378. nec 430. nec 494. sed circ. an. 818. quod in dissertationibus ad Bellarminum fusius probat Lab-

Sæc. IX. ab an. pccc

Labbeus. E. ejus *Opuſcula* in Bignæi volumine Poetarum Chriſt. *Par.* 1624. f.

Joſephus, Confeſſor dictus, Archiep. Theſſalonicenſis, Theodori Studitæ frater, clar. circ. an. 818. E. gr. l. *Oratio in exalt. venerandæ ac vivificæ crucis* ap. Gretſer. T. II. p. 1200.

Ægil, ab an. 818. Abbas Fuldenſis, ob. an. 822. E. *vita Sturmii* Præceptoris ſui *Ingolſt.* 1616. edita.

Theodorus, cognom. *Graptus*, Patria Palæſtinus, Monachus & Presbyter, clar. an. 820. & deinceps; acerrimus imaginum defenſor, ob quarum cauſam ob. exul, & in vinculis. E. gr. l. *Diſputatio Nicephori* CP. cum Leone Imp. de imaginibus, ap. Combef. Orig. CP. p. 159. *Ep.* de ſuo & fratris agone ap. vitæ ejus auctorem ib. p. 204. Fr. de Euchariſtia ib. p. 221.

Theophanes, Theodori frater Germanus, & una cum illo pro cultu imaginum multa diuque paſſus, fratri ſupervixit, tandemque circ. an. 845. Metropolita Nicænus factus eſt. E. græcè *Canon*, in fratrem Theodorum in Mænæo Græcorum Decemb. XXVII. gr. l. ap. Combef. ubi ſupra. p. 224, &c.

Gildas, (quem hujus nominis quartum vocat Balæus *) origine Hibernus, ortu Cambro-Britannus, profeſſione Monachus, clar. an. 820. & deinceps. E. *Præfatio* in librum de computo ap. Uſſer. *Epp.* Hibern. p. 55. liber ipſe habetur MSS. in Bibliotheca Cottoniana. (a) *Cent.* II. c. 21.

Hali-

Sæc. IX. ab an. DCCC

Halitgarius, Episc. Cameracensis, clar. an. 820. ob. an. 830. E. Opuscula, viz. *de vitiis & virtutibus, & ordine pœnitentium* libri v. B. PP. T. 14. p. 906.

Theosterictus, Monachus, Nicetæ Abbatis, & ob cultum imaginum confessoris, discipulus, clar. circ. an. 820. E. Magistri sui Nicetæ vita, sive Oratio funebris ex Metaphraste Latine reddita ap. Sur. April. III.

Adalardus, Abbas Corbeiensis, clar. circ. an. 822. E. fragmenta de statutis Abbatiæ suæ ap. Dacher. T. IV.

Jonas, ab an. 822. mortuo Theodulpho, Episc. Aurelianensis, ob. an. 842. aut seq. E. *de cultu imaginum* lib. III. *Col.* 1554 & in *Orthodoxogr.* T. II. p. 1526. & B. PP. edit. *Paris.* T. IV. *de institutione Monachorum* libri III. ap. Dacher. Spicel. T. I. & *de institutione regia* ib. T. V.

Eugenius II. Romanus, ab an. 824. Papa, ob. an. 827. E. *Ep.* & Decreta C. T. VII. p. 1542. *Ep.* altera ib. p. 1869.

Hilduinus, S. Dionysii prope *Paris.* Abbas, S. Palatii Archi-Capellanus, clar. an. 825. ob. ut dicitur, an. 842. E. *Areopagitica Col.* 1562. & ap. *Sur.* Octob. IX.

Gregorius, IV. Romanus, ab an. 827. Papa, ob. an. 843. E. *Epp.* II. C. T. VII. p. 1571. tertia ib. p. 1870. *Epistola* de Monasterio Floriacensi ap. Baluz. Miscel. T. II. p. 145.

An-

Ansegisus, ex Abbate Laubienſi, Archiep. Senonenſis, clar. an. 827. ob. an. 872. E. *Capitula* Caroli Magni & Ludovici Pii, a ſe & Benedicto Levita collecta *Par.* 1588, 1640. 8°. & inter *Capitularia* ib. 1677. f. Sæc. IX. ab an. DCCC

Sergius, hiſtoricus, multa ob defenſum imaginum cultum paſſus; ideoque Photio Confeſſor dictus, vixit an. 828. Ejus *Hiſtoria* an E. hodie N. L. vid. Phot. Cod. LXVII.

Dungalus, Diaconus, vixit uſque ad an. 830. E. *Reſponſiones* adv. Claudium Taurinenſem B. PP. T. XIV. p. 196. *Bp.* ad Carolum M. ap. Dacher. T. X.

Benedictus, O. B. Abbas Ananienſis vix. circ. an. 830. E. *Concordia Regularum Par.* 1638. *Codex Regularum* cum notis Holſtenii primùm *Romæ* editus, mox *Par.* 1665. 4°.

Ebbo, Archiep. Remenſis, legatus Apoſtolicus, clar. an. 833. ob læſam Majeſtatem a Synodo Theodonenſi depoſitus an. 835. reſtitutus an. 840. E. *Apologeticum* C. T. VII. p. 1772.

Lupus Servatus, Presbyter O. B. Abbas S. Petri Ferrariæ, vix. circ. an. 836. ob. an. 852. vel non diu poſt. quamvis Baluzius eum poſt an. demum 861. obiiſſe contendit. E. *Opp. Par.* 1665. 8°. & B. PP. T. XIV. p. 1, 43, 58.

Ardo, Smaragdus dictus, Monachus Magalanenſis, clar. an. circ. 836. ob. an. 843. An *Opp.* quæ E. huic, an juniori Smaragdo ſint tribuenda, conſulendi Sixt. Senenſis, Poſſev. Bellarm. Labb. &c. vid. quæ diximus ad an. 980.

The-

Sæc. IX. ab an. DCCC

Theganus, Chorepiſcopus Treverenſis, clar. an. 837. E. *liber de geſtis Ludovici Pii* cum capitulis Wal. Strabonis ap. Pithæum inter Script. Franc. coætaneos p. 291. vid. Lambec. de Biblioth. Vindob. l. 2. c. 5. p. 391.

Freculphus, ex Monacho Fuldenſi, O. B. Epiſc. Lexovienſis, clar. an. 840. ob. circ. an. 851. E. *Chronicon* ab orbe condito *Heidelberg.* 1597. 8°. B. PP. T. XIV. p. 1061.

Amulo, Lugdunenſis ab an. 840. Archiep. Agobardi ſucceſſor, E. *Epp.* & *Opuſcula* ad calcem Agobardi, & B. PP. T. XIV. p. 329.

Gotteschalcus, dictus etiam Fulgentius, natione Gallus, aliis Belga, quippe in Belgica ſecunda, ut videtur, natus, O. B. Monachus Orbacenſis, & Presbyter, clar. circ. an. 840. doctrinæ S. Auguſtini ſtudioſiſſimus, de prædeſtinatione & gratia curioſè nimis diſputavit, unde graves de his dogmatibus ea tempeſtate controverſias movit, de quibus vide omninò Rev. Uſſerii Hiſtoriam Gotteſchalci *Dublin.* 1631. 4°. *Hanov.* 1662. 8°. E. Gotteſchalci *Confeſſiones duæ*, una brevior, prolixior altera, ab Uſſerio ad calcem prædictæ Hiſtoriæ editæ. vide etiam quæ habet Sirmondus not. in Ennod. Ticin. l. 5. Epiſt. 7.

Bertramus, rectiùs Ratramnus, Presbyter & Monachus Corbeienſis, & tandem Orbacenſis in diœceſi Sueſſionenſi cœnobii præpoſitus, clar. ab an. 840. E. *liber de Corpore & ſanguine Domini*, a Pontificiis ad Orcum damnatus, *Col.* 1532, 1551. & in Micropreſbytico.

bytico, & alibi ſæpius. Tractatus *de partu Virginis*, ſeu *de nativitate Chriſti* ap. Dacher. T. I. *contra Græcos libri* IV. ibid. T. II. *de prædeſtinatione libri* II. B. PP. T. XV. p. 442. Sæc. IX. ab an. DCCC

HAYMO, Anglo-Saxo, ex Monacho Fuldenſi O. B. Epiſc. Halberſtatenſis, clar. an. 840. ob. an. 853. E. *Comment. in varios S. Script. libros* variis locis & annis edit. *Homiliæ Dominicales Col.* 1536. *Epitome Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Col.* 1573. *L. Bat.* 1650. Tractatus *de Corpore & Sanguine Domini* ap. Dacher. T. XII.

CHR. DRUTHMARUS, Monachus Corbeienſis, O. B. clar. an. 840. in vivis adhuc an. circ. 866. E. *Commentt. in S. Matthæum* Hagenoæ 1530. B. PP. T. XV. p. 86.

METHODIUS, forſan idem qui Patriarcha CP. HOMOLOGETA dictus, & qui primo fuerat Patriarchæ CP. ap. Paſchalem Papam Apocriſiarius, vix. an. 842. E. gr. l. *Martyrium S. Dionyſii* inter *Opp.* Dionyſ. T. II. *Antw.* 1634. Oratio *in eos qui dicunt, quid profuit filius dei Crucifixus*, &c. ap. Gretſer. *de Cruce* T. II. p. 1667. Eundem hunc eſſe conjicio cum Methodio Illyrico, Literarum Sclavonicarum Inventore, qui S. literas in linguam vulgarem vertit.

WALAFRIDUS, Germanus, *Strabo* dictus, ex Monacho S. Galli ab an. 842. Augiæ majoris Abbas, ob. an. 849. E. Liber *de divinis officiis* una cum cæteris Scriptoribus *Par.* 1610. f. *vita S. Galli* necnon *Othmari* ap. *Sur.* Novemb. XVI. *Poemata* ap. Caniſ. Antiqu. Lect. T. VI. p. 546. de *exordiis & incrementis rerum Eccleſ.* item *Poemata* B. PP. T. XV. p. 181.

NI-

Sæc. IX. ab an. DCCC

Nithardus, Caroli M. nepos, & Abbas S. Richarii, ſcribebat adhuc an. 843. ob. ut ferunt an. 853. E. libri IV. *de diſſidio filiorum Lud. Pii, Par.* 1588. 8°. inter Scriptores coætan. a Pithæo edit. & *Francof.* 1594. 8°. p. 433. De Nithardo vid. Pauli Petavii Syntagma *de Nithardo, ejuſque proſapia, Par.* 1613. 8°.

Sergius II. Romanus, ab an. 844. Papa, ob. an. 847. E. *Ep.* unica C. T. VII. p. 799.

Paschasius Rathbertus, ab an. 844. Abbas Corbeienſis in Diœceſi Ambianenſi, ob. an. 851. E. *Opp.* omnia *Par.* 1618. f. B. PP. T. XIV. p. 356, 706, 729, 754, 760. Libri II. *de partu Virginis* ap. Dacher. T. XII. lib. 2. *de vita Walæ Abbatis* ap. Mabill. Sæc. Bened. IV. part. 1. p. 453.

Hincmarus, nobili ap. Gallos loco natus, S. Dionyſii Monachus O. B. ex Abbate ab an. 845. Remenſis Archiep. ob. an. 882. inter omnes ſui temporis viros celeberrimus. E. *Opp.* omnia a Sirmondo collecta (quæ cæteris multò auctior eſt editio) 2 vol. *Par.* 1645. f. multa quidem eruditione, doctrina, pietate referta, & quæ Eccleſiæ Gallicanæ hiſtoriam mire illuſtrant. Ut ſummatim complectar, continentur in iis Tractatus aliquot *adv. Gotteſchalcum*; *de divortio Lotharii*; *Capitula plurima*; *Coronationes Caroli Calvi, Ludovici Balbi, Judithæ*, & *Hermintrudis*; *Expoſitio in Ferculum Salomonis*; *Tractatus* & *Epp.* penè infinitæ de variis argumentis, quæ totum ſTomum II. conſtituunt. Præter hæc an. 1658. *Par.* 4°. Lud. Cellotius quatuor Hincmari *Opuſcula de Eccleſiaſtica libertate* adv. Hincmarum Laudun. una cum Concilio Duziacenſi,

censi, suisque notis eruditis edidit, quæ ad innocentiam Hincmari Remensis vindicandam plurimum conferunt; habentur etiam C. T. VIII. p. 1732. ibiq; etiam p. 1789. extant VIII. ejus ad Hincmarum Laudun. *Epp.* ex Cod. Vatic. descriptæ, & tunc primum editæ, quæ proinde in operibus Hincmari desiderantur. Sæc. IX. ab an. DCCC

Rabanus Maurus, patria Moguntinus, Alcuini auditor, ex Abbate Fuldensi, O. B. ab an. 847. Episc. Moguntinus jam senior factus; ob. an. 856. E. *Opp.* omnia VI. Tom. *Colon.* 1627. f. Liber *de Computo* ap. Baluz. Miscell. T. I. p. 1.

Eulogius, Cordubensis, electus Archiep. Toletanus, clar. an. 847. Cordubæ Martyrium passus sub Saracenis an. 859. E. *Opp.* studio P. Poncii Leonis, & cum Scholiis Amb. Moralis *Complut.* 1574. & Rerum Hispan. T. IV. denique B. PP. T. XV. p. 242.

Leo IV. Romanus, ab an. 847. Papa, ob. an. 855. E. *Epp.* II. *Homilia* & Frr. aliquot C. T. VIII. p. 30.

Ignatius, Michaelis Rancabis Imperatoris Filius, ex Laico ab an. 847. Patriarcha CP. ejectus an. 858. depositus an. 863. restitutus an. 869. ob. an. 877. E. Lat. *Ep.* ad Nicolaum Papã C. T. VIII. p. 1009. confer p. 1293. *Acclamatio* ad Synodum CP. ib. p. 1097. *Ep.* ad Hadrianum ib. p. 1171.

Alvarus, Cordubensis, Eulogii socius, clar. circ. an. 848. E. *Epp.* ad S. Eulogium B. PP. T. XV. p. 89. aliæ p. 303, 306. plura latent MSS.

Flo-

Sæc. IX. ab an. DCCC

Florus, Magister & Diaconus Lugdunensis, clar. an. 848. E. liber *de actione Missarum*, & alia opuscula B. PP. T. XV. p. 62, 84, 87, 611. *Carmina* varia ap. Mabill. Anal. T. I. p. 388. Martyrologii scriptor non erat hic Florus, sed alter toto pæne sæculo antiquior.

Notgerus, Teutonicus, ex Abbate Sangallensi Episc. Leodicensis, clar. an. 850. E. *Historia Episcoporum Leodicens.* sed quæ revera sit Herigeri Abbatis Lobiensis, si recte conjicit Miræus ad Sigeb. Gemblac. c. 137.

Wandelbertus, Diaconus & Monachus Prumiensis, O. B. clar. an. 850. E. *Martyrologium* metricum *Lovan.* cum Usuardo 1568. & inter *Opp.* Bedæ T. I. *vita S. Goaris* ap. *Sur.* Jul. VI.

Benedictus III. Romanus, Canonicus Regularis, ab an. 855. Papa, ob. an. 858. E. *Epp.* IV. C. T. VIII. p. 232.

Herardus, ab an. 855. Archiep. Turonensis. E. *Capitula* Clericis suis præscripta, C. T. VIII. p. 627. *Commonitorium* ib. p. 695. *Annunciatio Synodalis*, ib. p. 830.

Hincmarus, junior, prioris ex sorore nepos, patria Bononiensis, nondum matura satis ætate factus Episcopus Laudunensis, clar. an. 856. vivebat adhuc an. 878. & paulò post ob. in Carolum regem, ejusque causa in avunculum suum Rhemensem, Metropolitanum suum infensissimus, unde magnarum in Ecclesia Gallicana turbarum fax atque auctor extitit: Hinc dure, sed pro merito tractatus, rebus suis spoliatus, a non una Synodo dam-

natus, nec ſemel carceri mancipatus, depoſitus, in exilium actus, & ut ferunt nonnulli, oculis privatus. Certe faſtus ejus, temeritas, protervia, ingratitudo (ne quid gravius dicam) ab omnibus meritò damnanda ſunt. E. *Epp.* ſeu *Tractatus* aliquot ad Hincmarum Remenſem; *Collectio ex Epp. Romanorum Pontificum*, & *Epp. duæ* Reſponſoriæ inter Hincmari Remenſ. opera T. II. Bina ejus *Opuſcula*, notis illuſtrata, una cum aliis edidit Lud. Cellotius *Par.* 1658. 4°. a Cl. Labbeo C. T. VIII. inſerta p. 1760. Sæc. IX. ab an. DCCC

Angelomus, Luxovienſis in Burgundia Monachus, O. B. vix. an. 856. E. *Stromata in libros Regum & Cantica Col.* 1530. *Rom.* 1565. B. PP. T. XV. p. 307.

Bertharius, natione Gallus, ex regio Francorum genere ortus, philoſophus, medicus, Theologus inſignis, ab an. 856. Abbas Caſinenſis, martyr factus an. 884. a Saracenis ad ipſam aram gladio confoſſus. E. ſed abſque auctoris nomine liber Ἀντιῤῥητικῶν, *ſeu contrariorum Vet. & N. Teſt. Col.* 1533. de Berthario vid. Ant. Scipionis *Elogia Abbatum Caſinenſ.* p. 63.

Joannes Erigena, quem alii Anglum ap. Ergene in confiniis Walliæ natum, alii Scotum, Hibernum alii fuiſſe volunt, vir ſupra ſæculi ſui captum doctus, clar. an. 858. a diſcipulis ſuis graphiis confoſſus an. 884. E. Dionyſii Areopagitæ quædam ab eo verſa *Col.* 1536. *Epp.* II. ap. Uſſer. in *Epp.* Hibern. p. 57. *de Diviſione naturæ* lib. 5. & *Ambigua S. Maximi* a Scoto verſa, *Oxon.* 1681. f.

Sæc. IX. ab an. DCCC

Theognostus, Monachus, Patriarchæ CP. Exarchus, clar. an. 858. Romam fugiens, veteris Romæ Archimandritæ titulo honoratus, CP. rediens, Patriarchalis Hegumenus, & Magnæ Eccleſiæ Sceuophylax factus, in vivis adhuc an. 871. E. *Libellus de Cauſa Ignatii*, ſcriptus Ignatii nomine, gr. l. C. T. VIII. p. 1263.

Metrophanes, Smyrnæorum Metropolita, clar. an. 858. an. ſeq. a Photianis depoſitus, reſtitutus an. 869. demum ob contumaciam in non recipiendo Photium depoſitus an. 880. E. gr. l. *Ep.* ad Michael. Patricium de rebus geſtis Photii C. T. VIII. p. 1385.

Nicolaus I. Romanus, ab an. 858. Papa, ob. an. 867. E. *Epp.* XCIV. *Reſponſa ad Bulgaros*, aliaque Decreta C. T. VIII. p. 268.

Photius, Taraſii Patriarchæ CP. nepos, natalibus clarus ac nobilis, ex ordine Senatorio, & Imperatori a ſecretis, ex Protoſpathario, ab an. 858. Patriarcha CP. depoſitus an. 867. reſtitutus an. 878. ſedi ſuæ præfuit uſque ad an. 885. quo exul factus; ob. forſan an. ſeq. vir infinitæ lectionis, ſtupendæ eruditionis, omnium non ſui modo, ſed & omnium pene Sæculorum doctiſſimus, Librorum helluo voraciſſimus, Cenſor κριτικώτατος. E. gr. l. *Bibliotheca* cum notis Hoeſchelii *Genev.* 1613. *Rothom.* 1653. f. *Epp.* CCXLVIII. ex verſione & cum notis Rich. Montacutii noſtri *Lond.* 1651. f. *Nomocanon* cum commentariis Balſamonis tum græcè tum latinè a Chr. Juſtello primum editus *Par.* 1615.

1615. 4°. deinde in Juſtelli junioris Biblioth. Jur. Canon. *Par.* 1662. f. T. II. p. 789. *Sermo* ap. Combef. Auct. T. I. Lib. *de voluntatibus in Chriſto*, Lat. ap. Steuart. Auct. ad Antiqu. lect. p. 437. *Ep.* unica & Tractatus brevis gr. l. ap. Coteler. Monument. Ecc. Gr. T. II. p. 104. *Deſcriptio novæ Eccleſiæ CP.* Codino ſubnexa *Par.* 1655. f. & ap. Combef. Origg. CP. *Par.* 1664. 4°. p. 296. argumenta ejus adv. Latinos examinat Joan. Beccus Orat. I. *de unione Eccleſ.* p. 154. Libellus *de Synodis* toties editus nihil aliud eſt quam pars Epiſtolæ, quam ſcripſit ad Michaelem Bulgariæ principem, *de officio principis*, ac proinde inter Epiſtolas Photianas primum locum obtinet. Sæc. IX. ab an. DCCC

ADO, ab an. 859. Viennenſis in Gallia Archiep. Martyrologus, ob. an. 874. E. *Martyrologium Antw.* 1613. *Par.* 1645. f. *Chronicon Par.* 1567. *Baſil.* 1568. B. PP. T. XVI. p. 768. *libellus de Feſtis S. Apoſtolorum* ib. p. 823. *vita S. Theuderii Abbatis Viennenſis* ap. Mabillon. *Sæc. Bened.* I. p. 678.

ÆNEAS, Epiſc. Pariſienſis, clar. circ. an. 860. E. Liber *adv. Græcos* ap. Dacher. T. VII.

ROTHADUS, Epiſc. Sueſſionenſis, clar. an. 860. ab Hincmaro Remenſi depoſitus, a Nicolao Papa reſtitutus an. 865. E. *Libellus Proclamationis* Papæ oblatus C. T. VIII. p. 785.

ANSCHARIUS, ex Monacho Corbeienſi Archiep. Bremenſis, clar. circ. an. 865. E. *vita S. Willehadi* Bremenſis ap. Mabill. Sæc. III. part. II. p. 401.

Sæc. IX. ab an. DCCC

Isaac, Lingonensis Episc. clar. an. 866. E. *Ep. de Canone Missæ* ap. Dacher. T. I.

Basilius, Macedo, ab an. 866. Imperator CP. ob. an. 886. E. gr. l. *Capita exhortatoria* ad filium *Par.* 1584. 4°. *Orationes* aliquot cum Synodo VIII. edit.

Hulbericus, Germanus, ex illustri familia Comitum de Kilburg & Dillingen natus, Ecclesiæ Augustanæ Episc. clar. circ. an. 867. Ecclesiam suam per XL. annos magna cum laude gubernavit, & Romano pontifici cœlibatus jugum sacerdotibus imponenti, auctoritate sua atque eruditione fortiter restitit: ob. circ. an. 900. vel paulo post, ætat. LXXXIII. unde male H. Pantaleon (*a*) illum ad an. 931. refert, pejori errore Vincentius Bellovacensis an. demum 974. obiisse tradit. E. *Rescriptio* ad Nicolaum Papam *de continentia Clericorum*, ap. Wolf. memor. Lect. T. I. p. 241.

(*a*) *De viris illust. Germ. part. 2. p. 52.*

Hadrianus II. patria Romanus, Eccles. S. Marci Presbyter, ab an. 867. Papa, ob. an. 872. E. *Epp.* XXXVI. C. T. VIII. p. 896, &c.

Theodosius, Patriarcha Hierosolymitanus, clar. an. 869. E. Lat. *Ep.* ad Ignatium CP. C. T. VIII. p. 986.

Theodorus Abucara, Cariæ Archiep. clar. circ. an. 869. E. gr. l. *Opuscula varia*, viz. *Dialogus de* V. *inimicis, a quibus Christus homo factus nos liberavit; explanatio vocum, quibus utuntur philosophi, & confutatio hæresis Acephalorum; Dialogus ratiocinatione demonstrans, Deum esse; Ep. continens fidem orthodoxam juxta Synod. Chalced. Solutiones breves de corpore Christi; De peccato Adami; De Incarnatione Christi*

ſti cum diabolo; *Dialogus cum Arabe*; *Quæſtio ab Agareno propoſita*; *diſſertatio cum Judæo*; *Dialog. aliquot contra Neſtorianum*; *Quæſtiones ab infideli propoſitæ*; *contra Saracenos*; *Mahometem non eſſe ex Deo*; *quod fuerit hoſtis Dei, & a dæmone obſeſſus*; *de confirmatione Chriſtianiſmi*; *de pane myſtico, & corpore Chriſti*; *de Chriſto vero Deo*; *de una uxore*; *de filio ὑιοκίῳ contra Saracenum*; *quod pater ſemper generat, &c. Diſputatio de nomine Dei*; *de Deo & deitate*; *& cum Neſtoriano*; *contra Jacobitam de eadem re*; *Quæſtio ab Origeniſta propoſita*; *contra Saracenos Theopaſchitas*; *Dialogus cum Neſtoriano*; *de Tempore*; *de auctore boni & mali*; & aliarum aliquot Quæſtionum ſolutiones, quæ haud tanti ſunt, ut huc transferantur. Edita ſunt hæc omnia a Jac. Gretſero *Ingolſt.* cum Anaſtaſii ὁδηγ. 1606. 4°. & Auct. PP. gr. l. 1624. T. I. p. 367. Sæc. IX. ab an. decc

Michael, Patriarcha Alexandrinus, clar. an. 869. E. Lat. *Ep.* ad Baſilium Imperatorem C. T. VIII. p. 1111. confer p. 1361.

Joſephus, Monachus & Archidiaconus, Michaelis Alexandrini in Synodo CP. vicarius, clar. an. 869. E. Lat. *Oratio* ad Synodum C. T. VIII. p. 1114.

Petrus Siculus, vir doctus ac nobilis, Baſilii Imperatoris ad Armenos pro redimendis captivis Legatus, vix. circ. an. 870. E. gr. l. *Hiſtoria de Manichæorum Hæreſi*, a Matthæo Radero edita *Ingolſt.* 1604. 4°. & B. PP. T. XVI.

Michael Psellus, vir doctiſſimus & Philoſophus ſummus, clar. an. 870. & deinceps. Cæve tamen ſis, ne male confundas

Sæc. IX. ab an. DCCC. hunc (quod multos feciſſe conſtat) cum altero illo undecimi Sæculi Scriptore, e cujus ſcriptis quædam huic noſtro tribuere videtur L. Allatius *diatriba de Pſellis*, quam conſule, præſertim p. 12, &c.

Stylianus, cognomento Mapa, Neo-Cæſariæ in Provincia Euphrateſina Metropolita, clar. an. 870 Ignatio addictus; vivebat adhuc an. 899. E. gr. l. *Epp.* II. de cauſa Photiana ad Stephanum Papam C. T. VIII. p. 1397.

Anastasius, Abbas Romanus, Eccleſiæ Romanæ Bibliothecarius, clar. an. 870. ſunt qui illum vixiſſe volunt ad an. uſque 887. E. *Concilium Nicænum* II. ab eo Latine verſum C. T. VII. p. 29. *Concilium Generale* VIII. partim e Græco verſum, partim multis de ſuo additis auctum (huic enim Synodo ipſe præſens interfuit) C. T. VIII. p. 961. *Hiſtoria Eccleſiaſtica & vita Pontificum, Par.* 1649. f. libri de vitis Pontificum priorem partem Anaſtaſium parentem non agnoſcere, inde probat Labbeus (*a*), quod viderat MSS. Codicem optimæ notæ tempore Caroli Magni exaratum, in quo vitæ illæ Damaſo jam tum tribuebantur, antequam aut natus eſſet Anaſtaſius, aut ſaltem ex primis infantiæ crepundiis emerſiſſet. *Collectanea de Hiſtoria Monothelitarum* edidit Sirmondus *Par.* 1620. 8°. & B. PP. T. XII. p. 831. *Paſſionem S. Demetrii* Mabillon. Analect. T. I. p. 65.

(*a*) *Tom.* I. *p.* 252.

Prudens, Epiſc. Tricaſſinus, nono huic Sæculo aſcribitur, & clar. forſan circ. an. 870. Scoto ætate par. E. liber *de prædeſtinatione*

tione adv. Scotum, & alia opuſcula B. PP. Sæc. IX.
T. XV. p. 598. Conſer Uſſerii Hiſtor. de ab an. DCCC
Gotteſchalco c. XI. p. 247.

THEOPHANES cognom. *Cerameus*, Tauromitanus in Sicilia Archiep. clar. circ. an. 870. quippe intra an. 842, & 893. E. gr. l. *Orationes* II. *de cruce* ap. Gretſer. T. IL p. 1207. *Homiliæ in Evangelia Dominicalia, & feſta totius anni* gr. l. cum notis Scorſi *Par.* 1644. f.

HARTMANNUS, ſive Hartmundus, O. B. S. Galli monachus, clar. an. 870 E. *carmina* aliquot & *Hymni* ap. Caniſ. T. V. p. 728.

EPIPHANIUS, Cypri Archiep. clar. an. 871. E. gr. l. *Ep.* ad Ignatium CP. qua ipſius ad ſedem Epiſcopalem reditum congratulatur in prolegomenis VIII. Synod. Gener. C. T. VIII. p. 1276.

ALFREDUS, ſeu ÆLFRIDUS, Anglus, Wadingtonæ in agro Bercherienſi natus, an. 849. Ethelwolfi Regis filius, ab an. 871. Anglorum Rex, ob. an. 900. E. *Teſtamentum* ejus ap. Aſſer. Menev. p. 22. *Præfatio* ad S. Gregorii Paſtorale, Saxonicè, Anglicè, & Lat. ib. p. 25. Habentur etiam ap. D. Hen. Spelmannum in vit. Regis Ælfridi in Append. p. 195, &c. Frr. Hiſtoriæ Regum Weſtſaxoniæ ab eo, ut videtur, ſcriptæ, Saxon. & Lat. ib. p. 199. præfatio cujuſdam in verſionem Saxonicam Pauli Oroſii ab Alfredo confectam ib. p. 205. *Paraphraſis Saxonica* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ V. Bedæ *Cantabr.* 1644. f. *Leges* (quarum plures ad Eccleſiam ſpectant) Saxonicè & Lat. ib. in Append. p. 15. ut de MSS. jam non dicam.

Sæc. IX. ab an. DCCC

Joannes VIII. Romanus, ab an. 872. Papa, ob. an. 882. E. *Epp.* CCXXIII. & Frr. quædam C. T. VIII, & IX. *Sermo* in electione Caroli Calvi ib. T. IX. p. 295.

Usuardus, Monachus Gallus, O. B. & S. Salvatoris Abbas, Martyrologus, clar. circ. an. 876. licet sint, qui ineunti huic Sæculo asscribant. De ætate ejus vid. Labbeum pluribus locis agentem. E. *Martyrologium Lov.* 1568. *Antw.* 1583. 8°.

Nicetas David, *Paphlago* etiam dictus, ortu Byzantinus, dignitate philosophus, & si recte conjecturam ponit L. Allatius (a), Dadybrorū in Paphlagonia sub metropolita Gangrensi Episc. vix. an. 880. in Photium ejusque causam nimis quam par erat, iniquus. E. gr. l. *vita S. Ignatii* Patriarchæ CP. *Ingolst.* 1604. 4°. & C. T. VIII. p. 1179. XII. *Apostolorum encomia* gr. l. ap. Combef. Auct. B. PP. 1672. Lib. *pro Synodo Chalcedonensi* adv. Epistolam Regis Armeniæ ap. L. Allat. Græc. Orthod. T. I. p. 663. de Scriptis ineditis agit L. Allat. loco citato.

(a) *Ad calc. T. I. Græciæ Orthod.*

Auctor *Libelli Synodici*, qui conciliorum omnium tum generalium, tum provincialium historiam brevi compendio complectitur, claruisse videtur circ. an. 880. desinit enim in Octavâ Synodo Oecumenicâ super unione Photium inter & Joannem Papam Constantinopoli an. 877. habitâ. Hunc libellum cum versione & notis primus extulit Joan. Pappus Argentoratensis gr. l. *Argentor.* 1601. 4°. quem proinde novissimæ suæ conciliorum editioni inseruit Ph. Labbeus.

Re-

Rabanus, Antiſſiodorenſis, Monachus O. B. clar. an. 880. ob. circ. an. 900. E. ejus *Opp.* viz. *Commentt. in Pſalmos Col.* 1536. *Enarratio in prophetas minores, Antw.* 1545. *Expoſitio Miſſæ*, una cum duobus opuſculis præcedentibus B. PP. T. XVI. p. 883. Sæc. IX. ab an. DCCC

Pardulus, mortuo Hincmaro Epiſc. Laudunenſis, clar. an. 880. ſaltem ſequenti. E. *Ep.* ad Hincmarum Rhemenſ. inter Hincmari opera T. II. p. 838.

Erricus, Monachus itidem Antiſſiodorenſis. O. B. clar. an. 880. E. libri VI. *de vita S. Germani* Antiſſiodorenſis *Par.* 1543.

Helias, Hieroſolymorum Patriarcha clar. an. 881. E. *Ep.* ad Gallos ap. Dacher. T. II.

Marinus I. Tuſcus, ab an. 882. Papa, ob. an. 884. E. *Conſtitutum* de privilegiis Monaſterio Soſemniacenſi conceſſis C. T. IX. p. 357.

Stephanus V. Romanus, ab an. 885. Papa. ob. an. 891. E. *Epp.* IV. C. T. IX. p. 366.

Leo, cognomento Philoſophus, & ſapiens, Baſilii filius, ab an. 885. Imperator CP. ob. an. 911. E. gr. l. *Orationes* IX. a Gretſero editæ *Ingolſt.* 1600. *Orationes* X. a Fr. Combefis Auct. B. PP. T. I. p. 1605. Orat. *in S. Joan. & exalt. crucis* ap. Gretſ. T. II. p. 1219. Orat. *de S. Nicolao Myrenſi, Toloſ.* 1644. Oratio, ſeu *vita Chryſoſtomi* græce ap. Savil. *Opp.* Chryſoſt. T. VIII. *Oracula & vaticinia de* CP. cum Codini Antiquitatibus *Par.* 1655. & forſan paucula alia, ut de *Talicis, Baſilicis, Novellis* jam non dicam.

Wol-

Sæc. IX. ab an. DCCC

Wolfhardus, Monachus & Presbyter Haſenrietanus, vix. an. 886. E. *vita S. Walburgis* Virginis ap. Caniſ. T. IV. & Mabill. Sæc. III. part. II. p. 287.

Herembertus, Longobardus, Monachus Caſinenſis, clar. an. 887. E. *Chronicon* una cum 3. aliis edit. *Neap.* 1626. 4°.

Rieulphus, Sueſſionenſis Epiſc. clar. an. 889. E. *Conſtitutio* continens XXII. Capitula de rebus ad ejus Diœceſim pertinentibus C. T. IX. p. 416. & cum opuſculis Hincmari a Cordeſio editis *Par.* 1615. p. 685.

Adrevaldus, ſive Albertus, O. B. Monachus Floriacenſis clar. an. 890. E. *Hiſtoria Tranſlationis SS. Benedicti & Scholaſtica* ap. Joan. a Boſco Biblioth. Floriac. p. I. *de miraculis S. Benedicti* liber ib. p. 13.

Asserius, Menevenſis (Epiſcopatu, an ortu?) tandem Epiſc. Schireburnenſis, clar. an. 890. ob. an. 909. E. *Hiſtoria de rebus geſtis Ælfridi* una cum aliis hiſtoricis Anglis *Francof.* 1602. f.

Guilielmus, Eccleſiæ Romanæ Bibliothecarius, clar. an. 890. & deinceps. E. *Hiſtoria Romanorum Pontificum* ab an. 874. ad an. 900. cum Anaſtaſio edita *Mogunt.* 1602. *Par.* 1649. verum non deſunt, qui omnes illas Pontificum vitas uni eidemque auctori tribuunt.

Solomon, ab an. 891. Conſtantienſis ad Rhenum Epiſc. ob. an. 919. E. *Poemata* varia ap. Caniſ. T. I. & B. PP. T. XVI. p. 1300.

For-

Formosus, Italus, ex Episcopo Portuensi ab an. 891. Papa, ob. an. 896. post mortem a Stephano successore sepulchro extractus, & primò in sede pontificali collocatus, deinde sacris exutus vestimentis, tribusque abscissis digitis, in Tiberim projectus, rescissis etiam, quas ipse contulerat, ordinationibus. E. *Epp.* II. C. T. IX. p. 428. *Epist.* de Monasterio Gigniacensi ap. Baluz. Miscell. T. II. p. 159. confer quæ sunt ap. Flodoard. Hist. Remens. lib. 4. c. 2. p. 317. Sæc. IX. ab an. DCCC.

Aimoinus, O. B. Monachus Parisiensis, S. Germani in Pratis; in vivis erat adhuc an. 892. alius ab Aimoino Floriacensi Hist. Francicæ Scriptore, qua de re vide Cl. Labb. Dissert. T. I. p. 16, &c. E. Liber *de Translat. B. Vincentii* ad calcem Aimoin. Hist. Franciæ 1603. & *de miraculis S. Germani Parisiensis* ap. *Sur.* Append. Jul. XXV.

Abbo, Patria Neustrius, Poeta, Monachus item Parisiensis O. B. clar. an. 892. E. Libri II. *de obsidione Lutetiæ* inter Scriptores Franc. Pithæi p. 526. (qui tamen hunc cum Abbone Abbate Floriacensi, ad finem seq. Sæculi florente, confundere videtur) alibique editi. *Sermones* v. ap. Dacher. T. IX.

Regino, ab an. 892. electus Abbas Prumiensis, sed coactus cedere, ob. circ. an. 908. E. *Chronicon Francof.* 1583. *Argentor.* cum *Ursperg.* 1609. f. *de disciplinis Ecclesiast. & religione Christiana*, cum notis & appendice Baluzii, *Par.* 1671. 8°. & *Helmstad.* 1659.

Auxi-

Sæc. IX. ab an. DCCC

Auxilius, quis, vel cujas fuerit, N. L. clar. circ. an. 894. E. Libri II. *de ordinationibus Formosi* Papæ B. PP. T. XVII. p. 1. confer Sigebert. de Script. c. 112.

Nicephorus, Philosophus, & Orator Patriarchæ CP. clar. an. 895. E. Lat. *vita Antonii* Patriarchæ CP. ap. *Sur.* & *Bolland.* Febr. XII.

Waldrammus, Episc. Argentoratensis, clar. circ. an. 896. ob. an. 905. E. *Carmina* ad Solomonem Constantiensem ap. Canis. T. I. & B. PP. T. XVI. p. 1304.

Stephanus VI. Romanus, ab an. 896. Papa, ob. an. 900. vir planè inhumanus & scelestissimus. E. *Epp.* II. C. T. IX. p. 476.

Sæc.

Sæculum Obscurum.

Conſpectus Sæculi.

PAuci hoc Sæculum ornarunt Scriptores eruditi, nulla penè Concilia; deformarunt deteſtanda Schiſmata etiam in ipſo Romanæ ſedis ſinu, turpiſſimæ Paparum vitæ, & inaudita flagitia: unde INFOELIX & OBSCURUM vulgò audit; fatente ac dolente ipſo Baronio ad an. DCCCC. Num. 1. *novum* (inquit) *inchoatur Sæculum, quod ſui aſperitate, ac boni ſterilitate ferreum, maliq; exundantis deformitate plumbeum, atque inopia Scriptorum appellari conſuevit obſcurum.* Num. 3. ait. Cuncta, quæ olim paſſa eſt Eccleſia ſub Gentilibus Imperatoribus, vel ab hæreticis, ſive ſchiſmaticis, aliiſve quibuſcunque perſecutoribus, horum comparatione luſus quodammodò puerorum æſtimanda eſſe, immò referenda in lucrum & emolumentum. Ad an. DCCCCXII. N. 14. *quam fœdiſſima*, inquit, *Eccleſiæ Romanæ facies, cum Romæ dominarentur potentiſſimæ æquè ac ſordidiſſimæ meretrices? quarum arbitrio mutarentur ſedes, darentur Epiſcopi, & quod auditu horrendum & infandum eſt, intruderentur in ſedem Petri earum amaſii Pſeudo-pontifices, qui non ſint niſi ad conſignanda tantum tempora in catalogo Rom. pontificum ſcripti. Quis enim a ſcortis hujuſmodi intruſos ſine lege legitimos dicere poſſet*

Sæc. X. ab an. DCCCC.

Sæc. X. ab an. DCCCC. *poſſet Romanos fuiſſe pontifices?* Hæc ibi & multo plura eminentiſſimus & doctiſſ. Cardinalis: & ad finem Sæculi an. M. Num. 22. mirandum eſſe ait, ipſam Rom. Eccleſiam non caſuram, & penitus interituram, tot improbis, ſceleratis, impudicis, prædonibus, invaſoribus, ſanguinariis & graſſatoribus ſedem Apoſtolicam invadentibus, eamque depravatis moribus conſpurcantibus, tam vitioſo in primis ingreſſu, quam deteſtando pravorum morum exemplo. Eadem fere ſed breviter Genebrardus ad ingreſſū Sæc. X. *Infœlix dicitur hoc Seculum, exhauſtum hominibus ingenio & doctrina claris, ſive etiam claris Principibus & Pontificibus, in quo nihil fere dignum memoria poſteritatis geſtum ſit: unde ferunt tunc repertum fuiſſe quoddam monſtrum capite canino & cæteris membris humanis, quod ſtatum illius temporis mirifice referret.* Normanni, Poloni, Dani, Wandali Chriſtianam amplectuntur fidem. Ordines Cluniacenſis, & Camaldulenſis introducuntur. Eccleſiæ in Syria gravi Saracenorum jugo oppreſſæ. Repullulant quibuſdam in locis Anthropomorphitarum, & Manichæorum hæreſes. Nec mirum, ſi tam corruptiſſimo Eccleſiæ ſtatu plures Errores circa Sanctorum Canonizationem, Campanarum baptiſmum, cœlibatum Sacerdotum, Sanctorum reliquias, &c. ὅλῳ πῷ δυλαίκῳ invehantur. *Dormiebat tunc plane* (ut Baronii verbis utar) *alto, ut apparet, ſopore Chriſtus in navi, cum hiſce flantibus validis ventis, navis ipſa fluctibus operiretur. Dormiebat, inquam, qui iſta non videre diſſimulans, ſineret ſic fieri, dum non exurgeret vindex.*

SCRI-

SCRIPTORES.

SYMEON, Patria CP. Magnus Logotheta, *Metaphraſtes* dictus, vir undequaque doctiſſimus, clar. circ. an. 900. & deinceps. E. hinc inde gr. l. *vitæ SS.* plures vero *Lat.* ſed de eo ejuſque ſcriptis accuratè agit L. Allatius *diatriba de ſcriptis Symeonum, Par.* 1664. 4°. quem proinde vide. Ex his vitis quænam græcè, quænam Latine editæ ſint, & ubinam extent, diligenter ſatis annotat poſt L. Allatium Cl. M. Hanckius *de ſcriptor. Byzant.* Part. I. c. 24. E. græcè *Poemata* aliquot ap. Allat. ib. p. 132. gr. l. *Oratio de Planctu B. Mariæ* p. 245. *Epp.* IX. p. 254. Sæc. X. ab an. DCCCC.

HIPPOLYTUS, Thebanus, quem cum Hippolyto Portuenſi malè confundunt nonnulli, clar. an. 900. vel paulò ſeriùs, poſt tempora Metaphraſtis, quem citat. E. gr. l. *Chronicon* ſeu potius Frr. Chronici ap. Caniſ. T. III. p. 35.

JOANNES IX. Tiburtinus, ex Monacho & diacono O. B. ab an. 901. Papa, ob. an. 905. a Stephano prædeceſſore malè acta irrita reddidit, & revocavit. E. *Epp.* IV. C. T. IX. p. 483.

NICOLAUS. MYSTICUS dictus, ab an. 901. Patriarcha CP. Sede exactus an. 903. reſtitutus an. 909. ob. circ. an. 924. E. Lat. *Epp.* II. C. T. IX. p. 1264. *Decretum* gr. l. Jur. Gr. R. lib. 4. p. 249.

VA-

Sæc. X. ab an. DCCCC. Valerius, Presbyter Aſturicenſis, clar. an. 902. E. *vitæ PP. Orientalium*, ſed adhuc MSS.

Herveus, Remorum Archiep. clar. an. 903. E. prolixa *Epiſt. de pœnitentia non-Baptizatis, &c. injungenda*, C. T. IX. p. 484. B. PP. T. XVII. p. 246. & inter Hincmari opuſcula a Cordeſio edita p. 697.

Stephanus, ex clerico Metenſi, Leodicenſis ab an. 903. E. ifc. ob. an. 920. E. *vita S. Lamberti* ap. I. Chapeavill. rerum *Leodic.* T. I. *Leod.* 1612.

Joannes, cognom. Cameniata, Theſſalonica ortus, Clericus ſive Lector & Cubicleſius Theſſalonicenſis, ſcripſit an. 904. ab Agarenis captus eſt, a quibus quænam in loca captivus ductus, & quanta mala paſſus ſit, ipſe fuſè proſequitur libri ſui Paragraph. XXV, XXVI & ſeqq. uſque ad finem. E. gr. l. *Narratio de excidio Theſſalonicæ* ap. L. Allat. *Symmict.* part. II. p. 180.

Benedictus IV. civitate Romanus, ab an. 905. Papa, ob. an. 907. E. *Epp.* II. de Argrino Lingonenſi Epiſcopo in Eccleſiæ ſuæ jura reſtituendo. C. T. IX. p. 511.

Constantinus, Porphyrogenneta, Leonis Sapientis filius, ab an. 911. Imperat. CP. adhuc Puer in Imperio ſucceſſit, occiſus an. 959. E. gr. l. ejus *Opp.* maximam partem politica, (qualia ſunt *de adminiſtrando imperio*; *Tactica*; *de Thematibus imperii Orientalis* lib. 2. *Conſtitutiones novellæ* cum notis Meurſii, Vulcanii, Morelli, &c.) *L. Bat.* 1617. 8°. *Narratio de Chriſti imagine Edeſſena* ap. Combef. Origg. CP. p. 75. *vita Baſilii Macedonis*

ap.

ap. L. Allat. Symmict. Part. II. p. 1. *Collectanea de virtutibus & vitiis* ex vetuſtioribus Hiſtoricis, ab H. Valeſio cum notis edita gr. l. *Par.* 1634. 4°. Sæc. X. ab an. DCCCC.

Joannes X. Romanus, ex Archiep. Ravennatenſi ab an. 913. Papa, a Theodora meretrice impudentiſſima (ut in vita Joannis legimus *) in ſedem pontificiam elevatus; ob. an. 928. E. *Epp.* III. C. T. IX. p. 574. (*) *Conc. T. 9. p.* 569.

Hubaldus, ſive *Hucbaldus*, S. Amandi Monachus Elnonenſis O. B. clar. an. 920. quinetiam ſcripſit an. 907. ob. an. 930. E. *vita* aliquot ab eo ſcriptæ, viz. S. *Lebuini*, S. *Rictrudis*, & S. *Aldegundis*, quæ habentur ap. *Sur.* vita *S. Rictrudis Abbatiſſæ* ad Codices MSS. reſtituta E. ap. Mabill. Sæc. II. p. 937.

Odo, ex canonico Turonenſi Monachus, & ab an. 927. Abbas Cluniacenſis, ob. an. 942. E. *Opp.* in Bibliotheca Cluniacenſi *Par.* 1614. viz. *de vita S. Geraldi Aurelianenſis* libri IV. *Tract. de Reverſione B. Martini Turonenſ.* item, *quod B. Martinus par dicitur Apoſtolis*; *Sermones* IV. *Collationum* libri III. *Antiphonæ* XII. *de B. Martino Turonenſ. Verſus & Hymni de Sacramento corporis & ſanguinis Domini, &c.* poſtea editi ſunt libri XXXV. *Moralium in* Job *Par.* 1617. 8°. omnia hæc E. B. PP. T. XVII. p. 252, 315.

Ratherius, ex Monacho Lobienſi ab an. 932. Epiſc. Veronenſis, ob. an. 974. E. *vita S. Urſmari* ap. *Sur.* April XVIII. *Ep.* ad clericos ſuos C. T. IX. p. 1268. opuſcula varia ap. Dacher. T. II. plura recenſet Sigebert. c. 127. & Miræus ibid. ſed an lucem viderint, me latet.

Sæc. X. ab an. DCCCC.

Gerardus, Monachus, & ut videtur, S. Medardi cœnobii Sueſſionenſis Decanus, ſive præpoſitus ab an. circiter 932. ſcripſit *vitam S. Romani*, tum metro, tum proſa: eam, quæ ſtylo Oratorio ſcripta eſt, luce donavit Nic. Rigaltius (teſte Mabillonio, qui tamen nec annum, nec locum editionis notat) prologum edidit ipſe Mabillonius *Analect.* T. I. p. 107.

Eutychius, Batrici filius, Arabicè *Said Ibn Batrick* dictus, natione Ægyptius, ex civitate *Foſtat* (quam veterem urbem *Metſr* fuiſſe tradit Geographiæ Nubienſis auctor*) oriundus, medicus inſignis, & ab an. 933. Patriarcha Alexandrinus, ſedit annos VII. & menſes VI. & ob. an. 950. accidit ejus tempore diſſidium magnum, & lis continua inter ipſum & gregem ſuum, teſte *Ibn Abi Oſaibea* in vita ejus, quam Arab. & Lat. libro Eutychiano præmiſit Cl. Pocokius. E. *Contextio gemmarum*, ſive *Annales* ab orbe Condito Arabicè & Latinè cum præfatione Seldeni *Oxon.* 1659. 4°. quæ adhuc latent MSS. indicabit doctiſſimus Hottingerus (a).

* *Clim.* 3. *Part.* 3. *p.* 97.

(a) *Biblioth. Orient. c.* 2. *p.* 71, 84. & *Hiſt. Eccleſ. Sæc. X. p.* 37.

Leo VII. Romanus, ab an. 936. Papa, ob. an. 939. E. *Epp.* III. C. T. IX. p. 594.

Flodoardus, Sigeberto *Flanvaldus*, Culminiacenſis Presbyter, & Canonicus Remenſis, clar. an. 940. ob. an. 966. E. *Chronicon* ab an. 919. ad an. uſque 966. inter Scriptores coætaneos a Pithæo editos *Par.* 1588. 8°. & *Francof.* 1594. 8°. p. 109. *Hiſtoria Remenſis* cum Sirmondi Appendice *Par.* 1611.

1611. 8°. *Duac.* cum notis *Colvenerii* 1617. 8°. B. PP. T. XVII. p. 500. SÆC. X. ab an. DCCCC.

GREGORIUS, Presbyter, forſan Cæſarienſis, clar. an. 940. E. *vita Gregorii Nazianzeni* gr. l. Nazianzeni *Opp.* præfixa, ex ipſius Nazianzeni Iambis, quos de vita ſcripſit, ut plurimum concinnata. *Oratio de Patribus Concilii Niceni* Lat. ap. *Sur.* Jul. x.

WITIKINDUS, gente Saxo, Monachus Corbeienſis, O. B. clar. ab an. 940. ſcripſit adhuc an. 973. E. libri III. *de rebus Saxonum*, *Francof.* 1577, & 1621. f. plura ſcripſit, ſed an edita ſint N. L.

ATTO, Epiſc. Verſallenſis, clar. an. 945. E. *Opuſcula* ap. Dacher. T. VIII.

AGAPITUS II. Romanus, ab an. 946. Papa, ob. an. 955. E. *Epp.* II. C. T. IX. p. 618.

LUITPRANDUS, ex Ticinenſi Diacono Epiſc. Cremonenſis, clar. an. 946. vix. adhuc an. 970. E. ejus *Opp.* viz. *Hiſtoriæ* libri VI. *Legatio ad Nicephorum Phocam Imp. C. P.* Liber *de vitis Pontificum Roman. Chronicon*; omnia cum notis Higueræ, & L. Ramireſii, *Antw.* 1640. f. auctor certe futilis ac fabuloſus.

JOANNES XII. Romanus, ab an. 955. Papa, *Octavianus* antea vocatus, primuſque (ſi vitæ ejus Scriptori (a) fides ſit habenda) qui pontifex factus, ſibi nomen mutavit; ob. an. 964. E. *Ep.* ad Dunſtanum Cantuarienſ. & *Reſcriptum* pro excommunicatione Iſuardi & ſociorum C. T. IX. p. 641.

(a) *Conc. T. 9.* p. 640.

Sæc. X. ab an. DCCCC.

Leo, *Grammaticus* dictus, Præfectus & dux Cibyræotarum ὁ τζιβυραιώτης, vixiſſe dicitur circ. an. 960. & deinceps, ſaltem ante an. 1013. E. gr. l. *Chronographia* Theophani ſubjecta cum Fr. Combefis notis *Par.* 1655. f. de illo vide quæ habet M. Hanckius *de ſcriptor. Byzant.* Part. II. c. 7. p. 678.

Fridegodus, Anglus, Diaconus, O. B. Monachus Cantuarienſis, vir non Latinè tantum, ſed & græcè doctus, clar. an. 960. E. *vita S. Wilfridi* Epiſcopi Eboracenſis verſibus heroicis poemate ſatis prolixo, ap. Mabillon. Sæc. Bened. III. Part. I. p. 169.

Dunstanus, Anglus, ex Abate Glaſconienſi, primum Epiſc. Wigornienſis, dein Londonenſis, tandem ab an. 961. Archiep. Cantuarienſis, ob. an. 988. E. *Concordia Regularis* pro Benedictinis *Duaci* edita 8°.

Joannes XIII. Romanus, ex Epiſc. Narnienſi ab an. 965. Papa, ob. an. 975. E. *Epp.* IV. C. T. IX. p. 663.

Abbo, Abbas Floriacenſis O. B. clar. an. 970. ob. Martyr an. 1004. E. *Epitome de vitis Pontificum* cum Anaſtaſio *Mogunt.* 1602. edit. 4°. *vita S. Edmundi* ap. *Sur.* Novemb. XX. *Collectio Canonum* ap. Mabill. Analect. T. II. p. 248. *Ep.* ad Abbatem Fuldenſ. ap. Baluz. Miſcel. T. I. p. 409.

Peregrinus, ſive Pilgrimus, Epiſc. Laureacenſis in Germania, vix. an. 970. E. *Symbolum fidei* B. PP. T. XVII. p. 456. *Ep.* ad Benedictum VII. Papam C. T. IX. p. 716.

Benedictus VI. Romanus, ab an. 972. Papa, a Bonifacio Diacono in carcerem detruſus,

truſus, ibique ſtrangulatus an. 974. E. *Ep.* Sæc. X. ab unica, qua Epiſcopis Salisburgenſibus vices an. DCCCC. Apoſtolicas in Norica & Pannonia concedit, C. T. IX. p. 711.

Benedictus VII. Romanus, ex nobili Alberiçorum familia, ab an. 975. Papa, ob. an. 984. E. *Ep. ad Gallos & Germanos*, qua Laureacenſem Eccleſiam Metropolitanam eſſe decernit, ejuſque Archiepiſcopo vices Apoſtolicas demandat, C. T. IX. p. 718.

Adso, Abbas Dervenſis, clar. an. 980. ob. an. 992. E. *vita S. Baſſoli* Confeſſoris ap. Mabill. Sæc. II. p. 67. de Tranſlatione & miraculis ejus Sæc. IV. Part. II. p. 137. *vita S. Bercarii* Abbatis Sæc. II. p. 831. *de miraculis S. Waldeberti* Sæc. III. Part. II. p. 451.

Smaragdus, Abbas S. Michaelis ad Moſam in pago Virdunenſi, vixiſſe dicitur circ. an. 980. incertum eſt hujus, an ſuperioris Smaragdi (de quo ad ann. 843.) ſint *Opp.* quæ recenſet Labbeus T. II. p. 362. viz. *Commentarius in regulam S. Benedicti, Col.* 1575. *vita S. Benedicti Abbatis Anianenſis* ap. Mabillon. Sæc. Bened. IV. Part. I. p. 191. *Diadema Monachorum de vitiis fugiendis, & virtutibus tenendis, Antw.* 1540. *commentarii in Evangelia & Epp. per totum annum ex S. Patribus collecti, Argentin.* 1536. f. vide quæ hac de re ibid. habet vir doctiſſimus. Ea omnia unius Smaragdi Abbatis Virdunenſis eſſe contendit Mabillonius Analect. T. II. p. 418. ubi pluribus de ſcriptis ejus agit. E. etiam *via regia* ap. Dacher. T. V.

Sæc. X. ab an. DCCCC.

Fulcuinus, Abbas Lobeienſis, clar. an. 980. ob. an. 990. E. *Chronicon Lobeienſe* ap. Dacher. T. VI.

Joannes XV. Romanus, Leonis Presbyteri filius, ab an. 985. Papa, ob. an. 996. E. *Epp.* III. C. T. IX. p. 731.

Moses Bar-cepha, Epiſc. Syrus in *Beth-Raman*, vix. hoc Sæculo, ſed quo tempore N. L. ac proinde labente Sæculo circ. an. 990. eum collocamus. E. Libri III. *de Paradiſo* e Syriaco Latine redditi *Antw.* 1569. 8°. & B. PP. T. XVII. p. 456.

Olympiodorus, Monachus Græcus, & ut alii, Eccleſiæ CP. Diaconus: de ætate ejus laborant eruditi, his illum Sæculo quinto, aliis nono, aliis undecimo collocantibus. Nos ideo eum hoc loco deponimus, ad an. 990. donec exurgat qui certiora doceat. E. gr. l. *Comment. in Eccleſiaſten* in Auct. PP. T. II. p. 602. & *Commentarius* pene integer ap. auctorem Catenæ in Job. gr. l. *Lond.* 1637. f.

Oecumenius, Scriptor itidem admodum incertæ ætatis, de quo altum apud veteres ſilentium: id modo conſtat, poſt an. 800. claruiſſe. Olympiodoro illum hîc adjungimus ad an. 990. donec veram ejus ætatem expiſcari liceat. E. gr. l. *Opp.* ſeu *Comment. Par.* 1631. 2 Tom. f.

Sisinnius, ab an. 994. Patriarcha CP. ſed non ultra tres annos ſedem tenuit; E. *Tractatus de nuptiis Conſobrinorum* gr. l. Jur. Gr. Rom. l. 3. p. 157.

Odilo, Arvernus, ex Monacho Brivatenſi ab an. 994. Abbas Cluniacenſis, ob. an. 1048. E.

E. *Vita S. Majoli, & Hymni de eodem*; *Epp.* ad Fulbertum; *vita S. Adheleidis* Imperatricis; *Sermones de Feſtis Domini, &c.* Statutum *de defunctis*; omnia hæc ſimul collecta & edita in Bibliotheca Cluniacenſi *Par.* 1614. & B. PP. T. XVII. p. 653. *Epp.* aliquot ap. Dacher. T. II. Sæc. X. ab an. DCCCC.

Burchardus, patria Haſſus, ex Monacho Lobeienſi ab an. 996. Epiſc. Wormatienſis, ob. an. 1026. E. Magnum *volumen Canonum Col.* 1548. *Par.* 1549. & alibi.

Gregorius V. Germanus, *Bruno* antea dictus, Othonis Imperatoris conſanguineus, ab an. 996. Papa, ob. an. 999. E. *Epp.* IV. C. T. IX. p. 752. *Ep.* de Privilegiis Abbatum montis majoris ap. Baluz. Miſcell. T. IV. p. 431.

Gerbertus, Arvernus, Patria Aureliacenſis, O. B. primo Ravennatum Archiep. & ſedis Pontificiæ acerrimus oppugnator, poſtea ab an. 999. Papa, *Sylveſter* II. dictus, ob. an. 1003. E. *Epp.* CLX. *Par.* 1611. 4°. B. PP. T. XVII. p. 669. *Ep. de Sphæra*, & Sermo *de informatione Epiſcoporum* ap. Mabill. Analect. T. II. p. 212. pleniorem Scriptorum ejus notitiam dabit *Lud. Jacob a S. Carolo* Biblioth. Pontif. lib. I. p. 214.

Sæc. Hildebrandinum.

Conſpectus Sæculi.

Sæc. XI. ab an. M.

CArnalem Chriſti præſentiam in Euchariſtia impugnat Berengarius Andegavenſis, corpus ejus & ſanguinem ſacramentaliter tantum ineſſe affirmans: tandem in Concilio Romæ habito an. ML. damnatus eſt, & ad opinionem revocandam compulſus. Verum pœnitentia ductus, ad priorem ſententiam rediiſſe dicitur. Acrius contendit Henricus IV. Imperator cum Gregorio VII. Hildebrando dicto, circa inveſtituras, aliaque jura regalia. Hæc imperatori extorquet Gregorius, & partim vi, partim cenſuris Eccleſiaſticis, & doctrinâ (quæ hinc *Hildebrandina* audit) de ſuprema ſedis Apoſtolicæ in omnes, etiam Reges auctoritate, γυμνῇ τῇ κεφαλῇ ab eo aſſertâ, totiſque viribus propugnatâ, Romanæ Cathedræ prærogativam longè ſupra imperiale faſtigium effert. Nec minore Zelo inter Pontifices Romanos, & Patriarchas Conſtantinopolitanos de jure Primatus litigatur. Status Monachalis novas vires & magna incrementa hoc ævo acquiſiit, ordine Monachorum *Vallis Umbroſæ*, *Carthuſianorum*, & *Ciſterſienſium* inſtituto. Circa Sæculi exi-

tum

tum celeberrima fit *Cruce-ſignatorum* in terram Sanctam Expeditio, Duce Godofrido Bullionio, qui occupatis Hieroſolymis primus Hieroſolymorum Rex communibus ſuffragiis declaratur. Sæc. XI. ab an. M.

SCRIPTORES.

AIMOINUS, Aquitanus, O. B. Monachus Floriacenſis, clar. an. 1000. juvenis adhuc Monachus factus an. 970. E. *Hiſtoria Francorum* inter ſcript. Francic. *Francof.* 1613. præcipuè ap. *Ducheſn Par.* 1641. f. *de miraculis S. Benedicti* libri II. ap. Jo. a Boſco *Biblioth. Floriac.* p. 79. Sermo *de S. Benedicto* ib. p. 270. *vita S. Abbonis* ib. p. 299.

FULBERTUS, primùm Roberti Francorum Regis Cancellarius, dein ab an. 1007. Epiſc. Carnotenſis, ob. an. 1028. aut ſeq. E. *Epp.* ejus, aliorumque CXXXIV. *Sermones, Canones, Hymni, &c. Par.* 1608. & B. PP. T. XVIII. p. 1. *vita S. Autberti Cameracenſis* ap. Sur. Decemb. XIII.

ARNOLDUS, Epiſc. Halberſtatenſis, clar. circ. an. 1011. E. *Ep. de inſtitutione Epiſcopat. Bambergenſis* ap. Baluz. Miſcel. T. IV. p. 435.

BENEDICTUS VIII. patria Tuſculanus, ab an. 1012. Papa, ob. an. 1024. E. *Ep.* unica adv. invaſores bonorum Cluniacenſium C. T. IX. p. 810. & ap. Du-Cheſn. Script. Francic. T. IV.

ER-

Sæc. XI. ab an. M.

Erchinfridus, Melicenſis in Auſtria Abbas, clar. circ. an. 1012. E. *Hiſtoria de Martyrio & miraculis S. Colmanni Scoti* ap. Lambec. de Bibl. Vindob. T. II. p. 611.

Adelboldus, natione Friſius, ex clerico Lobeienſi Epiſc. Ultrajectinus, clar. circ. an. 1014. ob. an. 1027. E. Libri II. *de vita S. Henrici Imp.* ap. *Sur.* Jul. XIV. ſi recte monet Miræus (*a*), Adelboldi enim nomen ap. Surium non comparet.

(*a*) *Not. ad Sigeb. Gembl. c.* 138.

Berno, Monachus S. Galli, dein Abbas Augienſis, clar. an. 1020. ob. an. 1045. E. Lib. *de officio Miſſæ* cum ſcriptoribus ejuſdem Commatis *Par.* 1610. f. B. PP. T. XVIII. p. 56. *vita S. Udalrici* ap. *Sur.* Jul. IV.

Hugo, Archidiaconus Turonenſis, clar. an. 1020. E. *Dialogus* ad Fulbertum Carnotenſem ap. Mabil. Analect. T. II. p. 349.

Durandus, ex Henrici Imper. Cancellario ab an. circ. 1021. Epiſc. Leodicenſis; de tempore obitus N. L. E. liber *de corpore & ſanguine Chriſti adv. Berengarium ejuſque ſectatores* B. PP. T. XVIII. p. 419.

Aribo, Archiep. Moguntinus, clar. an. 1022. ob. circ. an. 1030. Scripſit in XV. *Pſalmos graduum*, & *Epp.* plures; verum an extent N. L.

Alexius, *Studita*, i. e. Præfectus Monaſterii, quod *Studium* dictum erat, Patriarcha CP. clar. circ. an. 1028. E. ejus aliquot *Decreta* de diverſis cauſis Eccleſiaſticis Jur. Gr. Rom. lib. 4. p. 230, &c.

Joan-

Joannes, Monachus Benignianus, Abbas, ut videtur, Fiſcamnenſis, clar. an. 1028. ob. an. 1078. E. *Libellus precum* ex Patribus collectus, verum non integer, una cum prologo ap. Mabillon. Analect. T. I. p. 133. quem vide. *Epp.* III. ib. p. 221. de hoc auctore, ejuſque ſcriptis vide ſis eruditiſſimas Cl. Mabillonii Annotationes ibid. p. 161. 223. Sæc. XI. ab an. M.

Warinus, Clericus Leodicenſis, deinde Abbas Metenſis, clar. eodem tempore, aut non diu poſtea. E. *Ep.* prolixa ad Joannem Fiſcamnenſem, de repetendo Benedicto Monacho Fiſcamnenſi. ibid. p. 225.

Ademarus, patria Cabannenſis, primùm Lemovicenſis, dein S. Eparchii Engoliſmenſis monachus, clar. an. 1030. E. *Chronicon* ab an. 829. ap. Labb. Biblioth. Nov. MSS. T. II. p. 151.

Bruno, Germanus, Dux Carinthiæ, Epiſc. Herbipolenſis, Conradi Imper. Patruelis, Præſul factus an. 1030. ob. Paſſonii fortuitò de alta domo una cum aliis cadens an. 1045. E. *Comment im Pſalmos, & in Cantica* V. & N. T. *in Orationem Domin.* & *in Symbolum App.* B. PP. T. XVIII. p. 65.

Berengarius, Turonenſis, Archidiaconus Andegavenſis, clar. ab an. 1035. ob. an. 1088. Eccleſiæ Romanæ doctrinam de Euchariſtia fortiter oppugnavit. E. *Epp.* II. cum Aſcelini literis ad Berengarium C. T. IX. p. 1056. tres ejus fidei formulas de Euchariſtia habet Mabill. Analect. T. II. p. 486. E. MSS. diſputationes cum Lanfranco *de præſentia Chriſti in Cœna*, in

Sæc. XI. ab an. M.

in Biblioth. Collegii Æneonaſ. ap. Oxonienſes.

Hugo, natione Gallus, Epiſcopus Lingonenſis, clar. circ. an. 1040. vel forſan aliquanto ſerius. E. Tractatus *de corpore & ſanguine Chriſti contra Berengarium* B.PP. T. XVIII. p. 417.

Hermannus, Contractus, vir nobilis, Comitis Wolferadi filius, Monachus Augiæ majoris O. B. clar. an. 1040. omnibus ejus membris paralyſi ita contractis (inde ei Contracti nomen) ut hinc inde deportaretur, ſtudiis verò adeo ſedulò incubuit, ut æquales ſuos ingenio & doctrina facile ſuperavit. Hac ratione pulchrè id quod natura in corpore negârat, virtutibus animi reſarcivit, ut rectè obſervat H. Pantaleon (*a*), qui plura de eo habet. ob. an. 1054. E. *Chronicon* ap. Caniſ. T. I. p. 432. integrius ap. Urſtiſ. ſcript. Germ. T. I. p. 231. Piſtor. T. I. p. 85. B. PP. T. XVIII. p. 348.

(*a*) *De viris illuſt. Germ. Part. 2. p. 113.*

Eugesippus, quiſquis ſit, ſcripſit an. 1040. E. *Tractatus de diſtantiis locorum terræ S.* ap. L. Allat. *Symmict.* Part. I. p. 104.

Dominicus, patria ut videtur, Venetus, Gradenſis & Aquileienſis Patriarcha, clar. circ. an. 1040. E. gr. l. *Ep.* ad Patriarcham Antiochenum ap. Coteler. Monument. T. II. p. 108.

Petrus, Patriarcha Antiochenus, ætate par, clar. an. 1040. E. gr. l. *Ep. reſponſoria* ſatis prolixa ad Dominicum Gradenſ. ibid. p. 112. *Epp.* II. ad Michaelem Cerularium

larium ib. p. 145. confer L. Allat. de conſenſ. l. 3. c. 12. SÆC. XI. ab an. M.

NILUS, Archimandrita, cognomento *Doxopatrius*, clar. circ. an. 1043. quo ſcripſit Librum *de quinque thronis Patriarchalibus*, ex. quo multa & præclara exhibet gr. l. Leo Allat. de concord. Eccleſ. Orient. & Occident. l. 1. c. 2, 8, 9, 10, 12, 14, 16, 17, 24.

GLABER RADULPHUS, Monachus Antiſſiodorenſis O. B. clar. an. 1045. E. *Hiſtoriæ* libri v. *Francof.* 1596. *vita Guilielmi Abbat.* ap. Rover. in Hiſt. Reomenſi *Par.* 1637.

CLEMENS II. Germanus, *Suidgerus* antea dictus, ex Epiſcopo Bambergenſi ab an. 1046. Papa; ob. an. ſeq. E. *Ep.* unica de tranſlatione Joannis a Peſtano ad Archiepiſcopatum Salernitanum C. T. IX. p. 945.

ADELMANNUS, ex Scholaſtico Leodicenſi, Brixienſis ab an. 1048. Epiſc. ob. circ. an. 1061. E. *Ep.* adv. Berengarium *de veritate Corporis & ſanguinis Chriſti. Lovan.* una cum aliis an. 1561. B. PP. T. XVIII. p. 438.

LEO IX. *Bruno* cognominatus, ex Comite Dagſpurgenſi, & Epiſcopo Tullenſi, ab an. 1049. Papa, ob. an. 1054. E. *Epp.* XIX. C. T. IX. p. 949. *Homiliæ Lovan.* 1565. *Antw.* 1583. confer L. Jacob. Biblioth. Pontif. l. 1. p. 150.

ANSELMUS, Canonicus Leodicenſis, vix. circ. an. 1049. E. *geſta Epiſcoporum Leodic. Leod.* 1612.

NI-

Sæc. XI. ab an. M.

Niceta Pectoratus, Monachus Studienſis in CP. clar. circ. an. 1050. E. Liber *de Azymis*, &c. adv. Latinos ap. Caniſ. T. VI. Frr. gr. l. ap. L. Allat. *de miſſa Præſanctif.* §. II, XVI. & libro adv. Hotting. p. 208. & de Synodo VIII. c. 14.

Michael Psellus, patria CP. nobili proſapia oriundus, Michaelis Ducæ Imperatoris præceptor, & ſenator CP. clar. an. 1050. tandem dignitatibus exutus, habitum monachalem induit. Latinorum in dogmate de proceſſione hoſtis, ipſo fatente Allatio: ſcripſit pene infinita, Philoſophica, mathematica, medica, hiſtorica, theologica, quorum catalogum ſatis amplum tam editorum, quàm ἀνεκδότων texuit, mira ſane diligentia L. Allat. *diatriba de Pſellis, eorumque ſcriptis, Rom.* 1634. 8°. in editis, quæ rem ſpectant Eccleſiaſticam, hæc fere ſunt, *Dialogus de operatione Dæmonum* gr. l. cum notis Gilb. Gaulmini *Par.* 1615. 8°. *Iambi in vitia & virtutes* & alia quædam *Baſ.* 1544. 8°. *Scholia in Oracula Chaldaica* gr. l. una cum Orac. Sibyll. edita *Par.* 1599. 8°. liber *de facultatibus animæ* cum Origenis Philocalia gr. l. *Par.* 1624. 4°. Carmina *in Cantica Canticorum* græcè ap. Meurſium *L. Bat.* 1617. 4°. græc. l. in Auct. B. PP. T. II. p. 681. Capita quædam *de Trinitate, & perſona Chriſti* gr. l. cum notis Woegelini *Auguſtæ* 1608. 8°. *Synopſis Legum* verſibus Iambicis gr. l. cum notis Boſqueti, item carmina politica *de dogmate, libellus de* VII. *Sacris Synodis Oecumenicis*; & *de Nomocanone* carmina, omnia gr. l. *Par.* 1632. 8°. *Encomium in Symeonem Me-*

ta-

Sæc. XI. ab an. M.

taphraſtem gr. l. ap. L. Allat. *de Script. Symeon.* p. 221. *officium pro ejus commemoratione à Pſello compoſitum* gr. l. ibid. p. 236.

Gislebertus, Monachus Antiſidorenſis, clar. an. 1050. E. libri II. *de vita S. Romani* ap. Mabill. Sæc. I. p. 81.

Michael Cerularius, ab an. 1051. Patriarcha CP. Latinorum hoſtis capitalis. E. *deciſio Synodica de nuptiis in ſeptimo gradu* gr. l. Jur. Gr. Rom. l. 3. p. 206. Frr. aliquot de matrimonio prohibito, ib. l. 4. p. 263. *Epp.* II. ad Petrum Antiochenum gr. l. ap. Coteler. T. II. p. 135. Edictum Synodale adv. Latinos *de Pittacio* gr. l. ap. L. Allat. de libris Eccleſiaſt. Græcorum p. 161, &c.

Symeon *junior*, Presbyter, S. Mamantis in Xerocerco præpoſitus, clar. an. circ. 1051. & deinceps, alii ad medium fere ſequentis Sæculi vitam ejus protrahunt; E. ejus *Opp.* a Jacobo Gretſero collecta, verſa, & cum notis edita, viz. *Orationes* xxx. *de fide & moribus*, liber *divinorum amorum*, *Capita moralia* ccxxxii. *Ingolſt.* 1603. verum de ſcriptis ejus tum editis, tum ἀνεκδότοις abunde tibi ſatisfaciet L. Allat. *de ſcriptis Symeon.* p. 153, &c.

Leo, Acridiæ Bulgarorum Archiep. clar. an. 1053. Scripſit una cum Mich. Cerulario Epiſtolam ſatis acrem adv. Latinos. E. Lat. ap. Baron. ad an. 1053. ex ejus Epiſt. I. quædam citat. L. Allat. de conſenſ. Eccl. Orient. & Occid. l. 3. c. 14.

Joan-

Sæc. XI. ab an. M.

Joannes, Euchaitarum Metropolita, clar. circ. an. 1054. & deinceps. E. Poemata *in Festa primaria in Tabulis picta*, græcè cum notis Matthæi Busti Ætonienſis Ætonæ 1610. 4°. Frr. ap. L. Allat. *de Purgat.* p. 754.

Humbertus, ex Monacho Tullenſi, O.B. Epiſc. Sylvæ candidæ, & Cardinalis, clar. an. 1054. E. *Diſputatio* adv. Græcos *de Azymo & Fermentato* ap. Baron. in Append. T. XI. adhæc, *Refutatio Tractatus Niceta Pectorati* adv. Latinos, *commemoratio eorum, qua Apoſtolica ſedis Apocriſiarii* CP. *geſſerunt*, *Ep. encyclica*, B. PP. T. XVIII. p. 389, 405, 415. & ap. Caniſ. T. VI. p. 114.

Victor II. cui nomen *Gebhardus*, natione Germanus ex Epiſc. Eiſtetenſi, ab an. 1055. Papa, ob. an. 1057. E. *Ep.* ad Humbertum Sylvæ candidæ Epiſc. qua Eccleſiæ ejus privilegia amplificat, C. T. IX. p. 1077.

Georgius Cedrenus, Monachus, clar. an. 1057. E. gr. l. *Annales*, ſive *Compendium hiſtoriarum* ab orbe condito cum notis & animadverſionibus Xylandri, Car. Fabroti, Jac. Goaris, & Gloſſario mixo-barbaro *Par.* 1647. f. ut olim *Baſil.* 1566. f.

Stephanus IX. Gallus, *Fridericus* appellatus, Regia ſtirpe oriundus, ex Abbate Caſinenſi ab an. 1057. Papa, ob. an. ſeq. E. *Epp.* II. C. T. IX. p. 1088. plura de Stephano noſtro dabit M. Ant. Scipio *in Elog. Abbatum Caſinenſ.* p. 91.

Petrus de Honestis, *Damiani* a fratris nomine dictus, Ravennas, ex Monacho fontis Avellanæ, an. 1057. factus Epiſc. & Car-

Cardinalis Oſtienſis, ob. an. 1072. E. *Opp.* omnia 3. Tomis *Lugd.* 1623. f. item *Romæ* cum obſervationibus ac notis Tom. III. an. 1606, 1608, 1615. quartum etiam Tomum promiſit, qui priores edidit Conſt. Cajetanus. vid. L. Allat. *Apes urban.* p. 74. ſub ejus nomine Sermones quinque in *Orat. Dominicam* ap. Dacher. T. VII. ſcripta Damiano ſuppoſita recenſet Th. Rayhaudus de bon. & mal. libr. part. I. erotem. 10. Num. 244. p. 151. Sæc. XI. ab an. M.

Nicolaus II. cui nomen erat *Gerardus*, gente Allobrox, ex Epiſc. Florentino ab an. 1058. Papa, ob. an. 1060. E. *Epp.* VIII. C. T. IX. p. 1091.

Constantinus Lichudes, ab an. 1059. Patriarcha CP. E. *Decreta* II. Synodalia gr. l. Jur. Gr. Rom. l. 4. p. 264.

Marianus Scotus, Waræo aliiſque gente Hibernus, natus an. 1028. Monachus Fuldenſis factus an. 1056. Presbyter an. 1059. fit Monachus Moguntinus an. 1069. ob. an. 1086. E. *Chronicon Francof.* 1583. f. de aliis ejus ſcriptis conſulendi ſunt Balæus, Waræus, Harpsfeldius Hiſt. Eccleſ. Sæc. XI. c. 26. aliique.

Osmundus, Epiſc. Aſturicenſis, clar. an. 1059. E. *Ep.* ad Idam Comitiſſam Bononienſem *de Capillis B. Mariæ* ap. Mabill. Analect. Part. I. p. 287.

Metellus, Tegerenſis in Germania Monachus, vix. circ. an. 1060. E. *Poemata* varii generis ap. Caniſ. T. I.

SÆC. XI. ab an. M.

ALEXANDER II. *Anselmus* prius dictus, patria Mediolanensis, Episc. Lucensis, ab an. 1061. Papa, ob. an. 1072. E. *Epp.* XLV. & Frr. aliquot C. T. IX. p. 1115.

BERTHOLDUS, natione Teutonicus, Presbyter Constantiensis, & Pœnitentiarius Apostolicus, clar. an. 1066. ob. an. circ. 1100. E. *Appendix* ad chronicon Hermanni Contract. ap. Urstis. T. I. p. 341.

GUITMUNDUS, O. B. ex Monacho S. Leufredi in Normannia, Aversanus in Italia Archiep. & Cardinalis; clar. circ. an. 1066. ob. an. 1080. E. *de veritate corporis & sanguinis Christi* lib. III. *Confessio de S. Trinitate, & humanitate Christi, &c. Oratio ad Guilielm. Angliæ Regem*, B. PP. T. XVIII. p. 440, 465.

JOANNES XIPHILINUS, ab an. 1066. Patriarcha CP. ob. an. 1078. E. gr. l. *Oratio in crucem* seu *in* III^am^. *jejuniorum hebdomadem* ap. Gretſ. T. II. p. 1449. *Decreta* II. de sponsalibus Jur. Gr. Rom. l. 3. p. 211. *de nuptiis prohibitis*, ib. lib. 4. p. 266. qui vero Dionis historiam in Epitomen redegit, non fuit his Patriarcha CP. (quod ad unum fere omnes Scriptores volunt; & in his A. Schottus, J. G. Vossius, L. La-Cerda, &c.) sed ejusdem nepos. En ipsius verba, a nemine quod sciam hactenus animadversa, in *vit. Augusti.* Λέγω γὰρ τοῦτο οὐκέτι ὡς ὁ Δίων---ἀλλ' ὡς Ἰωάννης ὁ Ξιφιλῖνος, ἀδελφόπαις ὢν Ἰωάννου τοῦ Πατριάρχου, ἐπὶ δὲ Μιχαὴλ αὐτοκράτορος τοῦ Δούκα τὴν ἐπιτομὴν ταύτην συντεττόμενος. *Verum hoc non dico Dionis Prusæensis nomine, sed ut Joannes Xiphilinus, Joannis Patriarchæ fratris*

tris filius, qui tempore Michaelis Imperatoris, filii Ducæ, hanc Epitomen compoſui. Sed hæc ab an. 1[illegible] obiter. Sæc. XI.

Sigifridus, Epiſc. Moguntinus, clar. an. 1069. E. *Epp.* III. ad Alexandrum II. C. T. IX. p. 1200, 1205. & 1233. ad Hildebrand. ib. p. 1233.

Joannes Sapiens, *Cyparisſiota*, vix. (ut volunt nonnulli) circ. an. 1070. certè de ætate ejus haud benè conſtat. Mihi diu poſtea claruiſſe videtur. E. Lat. *Expoſitionum de Deo Decades* X. *Rom.* 1581. & B. PP. T. XXI. p. 377. conf. Combef. Auct. gr. l. *Par.* 1672.

Lanfrancus, Italo-Papienſis, ex Priore Beccenſi, dein Abbate Cadomenſi ab an. 1070. Archiep. Cantuarienſis ob. an. 1089. E. *comment. in Epiſtolas D. Pauli*, liber *de corpore & ſanguine Domini*, *Annot. in Caſſiani collationes*, *Decreta pro ordine S. Benedicti*, *Epp.* plures, *Oratio in Synodo Anglicana*, libellus *de celanda confeſſione*, omnia cum notis L. Dacherii, *Par.* 1647. f. exinde B. PP. T. XVIII. p. 621, 763, 773, 807. *Sermo* ap. Dacher. T. IV.

Samuel, Marochianus, natione Afer, ex Judæo Chriſtianus, clar. an. 1070. E. Liber *de adventu Meſſiæ* B. PP. T. XVIII. p. 519. & in *Orthodoxogr.* p. 1586.

Gualdo, Monachus Corbeienſis, clar. circ. an. 1070. E. *vita S. Anſgari* Hamburgenſis metrica ap. Lambec. rerum Hamburg. T. I.

Gotſelinus, Monachus Bertinianus, clar. circ. an. 1070. ſaltem vertente Sæculo XI°. E. *vita S. Auguſtini Cantuar.* ap. Mabill. Sæc. I. p. 498.

Sæc. XI. ab an. M.

Anselmus, Patria Mantuanus, ab an. 1071. Lucenſis in Tuſcia Epiſc. ob. an. 1086. E. Libri II. adv. Guibertum Papam B. PP. T. XVIII. p. 602. & alia *Opuſcula*, viz. *Collectanea* quædam ex variis Scriptoribus de poteſtate regis in res Eccleſiæ ib. T. XXVII. p. 436. & ap. Caniſ. T. VI. p. 202, 235.

Samona, Archiep. Gazenſis, vixiſſe creditur circ. an. 1072. E. gr. l. *Diſceptatio cum Achmeda Saraceno de Sacramento Altaris* Auct. B. PP. T. II. p. 277.

Michael Attaliata, Proconſul & Judex, clar. an. 1072. ſub Michaele Duca. E. gr. l. *pragmatica* ſive de jure ap. Leunclav. Jur. Gr. Rom. T. II. p. 1.

Gregorius VII. *Hildebrandus* prius dictus, gente Tuſcus, patria Soanenſis, patre fabro natus, ex Romanæ Eccleſiæ Cancellario ab an. 1073. Papa, ob. an. 1085. E. Epiſtolarum libri X. C. T. X. cum duplici Appendice p. 306, 410.

Willelmus, Abbas Metenſis, Gregorio VII. familiaris, clar. an. 1073. E. *Epp.* VII. una cum *Oratione* ap. Mabill. Analect. T. I. p. 247.

Ingulphus, Londinenſis, natus an. 1030. ex Monacho Fontanellenſi Abbas Croylandenſis, clar. an. 1075. ob. an. 1109. E. *Hiſtoria* Angliæ inter V. Scriptores *Lond.* 1596. f. & inter rerum Anglic. Scriptores *Oxon.* 1684. f. quæ auctior & melior editio.

Lam-

Sæc. XI. ab an. M.

Lambertus, Schaftnaburgenſis Monachus O. B. ac Presbyter, ſcripſit an. 1077. E. *Chronicon* Argentorat. 1609. f. & ap. Piſtor. *Francof.* 1583. f.

Theophylactus, Achridiæ Bulgarorum Archiep. vix. adhuc an. 1077. E. gr. l. *Commentaria in Evangelia, Par.* 1631. f. *in Acta App. Col.* 1568. *in Epp. S. Pauli, Lond.* 1636. f. *Oratio in crucem* ap. Gretſ. T. II. p. 1499. *inſtitutio regia, Par.* 1651. 4°. *Epp.* LXXV. græcè *L. Bat.* 1617. 4°. *in* IV. *minor. Prophet.* Lat. *Par.* 1549. 8°. *Baſ.* 1570. argumenta adv. Latinos de proceſſione Spiritus S. habentur ap. Joan. Beccum Orat. 1. de unione Eccleſiarum p. 215.

Nicetas, cognom. Serron, magnæ Eccleſiæ diaconus, & Magiſter, poſtea Heracleenſis Archiep. Theophylacti æqualis, clar. circ. an. 1077. malè hunc cum Niceta Davide Paphlagone confundi contendit L. Allat. (a) E. Lat. *Comment. in Nazianz.* cum *Opp.* ejuſdem edit. gr. l. *Catena in Job, Lond.* 1637. f. ejus etiam videntur Catenæ, quæ extant in Lucam, Matthæum, &c.

(a) *Diatriba de Pſellis* p. 17, 18.

Manasses, Rhemorum Archiep. clar. an. 1077. E. *Ep.* ad Gregor. VII. C. T. X. p. 362.

Hugo, Dienſis Epiſc. clar. an. 1077. E. *Epp.* II. ad Gregor. VII. C. T. X. p. 364.

Micrologus, quiſquis tandem ſub hoc nomine latet, vix. circ. an. 1080. E. Liber de *Eccleſiaſticis obſervationibus*, tum alibi, tum inter ſcript. de div. offic. *Par.* 1610. f. B. PP. T. XVIII. p. 469. de Auctore

Sæc. XI. ab an. M.

hujus libri vid. quæ habet Th. Raynaudus de bon. & mal. ſib. Part. 1. Erot. 10. Num. 203. p. 131.

Adamus, patria Miſenus, Bremenſis Canonicus, vix. an. circ. 1080. E. *Hiſtoria Eccleſiaſtica Saxoniæ, Lugd. Bat.* 1595. 4°. *Helmſtad.* 1670. 4°.

Joannes Scylitzes, patria Thraceſius, ſeu de minori Aſia, dignitate Protoveſtiarius, dein magnus Drungarius Vigilum, & Curopalates, vix. circ. an. 1081. de ea videndus Voſſius de Hiſt. Græc. l. 2. c. 26. E. gr. l. *Hiſtoriæ Compendium* Jac. Goaris notis illuſtratum, Cedreni Annalibus ſubjunctum, *Par.* 1648. f. ſuggeſtio *de ſponſalibus* Jur. Gr. Rom. T. 1. p. 132.

Suidas, Grammaticus, lexici conditor, vixiſſe creditur circ. an. 1081. Forſan antiquior ipſe Suidas, multis quæ ſequiora tempora ſapiunt, a recentiori manu additis. E. *Lexicon* ex verſione, & cum notis Æmilii Porti Cretenſis gr. l. 2 Vol. *Genev.* 1619. f.

Nicolaus, *Grammaticus* dictus, ab an. 1084. uſque ad an. 1090. Patriarcha CP. E. gr. l. *Decreta* plura Synodalia Jur. Gr. Rom. l. 3. p. 215. l. 4. p. 269.

Benno, natione Germanus, Eccleſiæ Romanæ Archipresbyter, & a Clemente III. Antipapa Cardinalis deſignatus, clar. an. 1085. E. *vita Gregorii* VII. ſive Hildebrandi tum ap. Orth. Gratium *in Faſciculo rerum expetend.* tum ap. Illyricum in Catalogo Teſtium verit. p. 220. denique ſeorſim *Francof. ad Viadrum* 1581.

Sæc. XI. ab an. M.

Victor III. Beneventanus, *Deſiderius* antea dictus, Beneventani principis filius unicus, ſedis Romanæ ad Michaelem Stratioticum Imp. CP. Apocriſiarius, ex Abbate Caſinenſi ab an. 1086. Papa, ob. an. 1087. vide de illo Scipionis *elogia Abbat. Caſinenſ.* p. 94. E. *Dialogorum Libri* 3. *de miraculis S. Benedicti* cum *notis* ℑ. *B. Mari, Par.* 1666. 8°. & ap. Mabill. *Sæc. Bened.* IV. Part. II. p. 425. item B. PP. T. XVIII. p. 837.

Hugo, natione, ut videtur, Gallus, Lugdunenſis Archiep. clar. circ. an. 1086. E. *Epp.* II. ad Mathildam Comitiſſam de electione Victoris III. Papæ, C. T. X. p. 414.

Bruno, Colonienſis, Remenſis Canonicus, & in Academia Pariſienſi profeſſor publicus, ordinis Carthuſiani ab an. 1086. fundator, ob. an. 1101. E. *Opp.* omnia, viz. *Expoſitio in Pſalmos, in omnes Epp. D. Pauli*, Sermo *de S. Michaele*, Sermo *de contemptu divitiarum, Epp.* II. & opuſcula quædam, quæ Brunonis Aſtenſis eſſe creduntur, III. Tom. *Col.* 1611. f.

Bruno, natus ap. Inſubres, Monachus Aſtenſis O. B. Epiſc. denique Signienſis, ac Card. clar. eodem tempore an. 1086. & deinceps. ob. an. 1125. E. *Opp.* omnia, viz. *Comment. in Geneſ. Exodum, Levit. Numeros, Deuteronomium*, ℑ*ob, Pſalterium, Cantica, Apocalypſim*, *Homiliæ* CXLV. *in Evangelia, Tractat. in Canticum Zachariæ, De incarnatione Domini, de ſacrificio Azymo, de ſacramentis Eccleſiæ, vita Leonis* IX. *vita S. Petri Anagnini*, *Epp.* II. *ſententiarum* lib. VI. & alia

Sæc. XI. ab an. M. opuſcula, viz. *de laudibus Eccleſiæ, de ornamentis Eccleſiæ, de novo mundo, de Feſtivitatibus Feſtivitatum, de laudibus B. Virginis, de martyribus*, &c. Brunoni Colonienſi vulgò tributa, II. Tom. *Ven.* 1651. f. cum Scholiis Marcheſii, & B. PP. T. XX. p. 294.

URBANUS II. natione Gallus, Otto ante nominatus, O. B. Oſtienſis Epiſc. dein ab an. 1088. Papa, ob. an. 1099. E. *Epp.* LIX. C. T. X. p. 422. & aliæ IV. ib. p. 1839. *Sermones* II. ad Synodum Claramont. ib. p. 511. *Epp.* II. ap. Baluz. Miſcell. T. II. p. 177.

NICOLAUS, Metropolita Methnenſis, clar. an. 1090. Eccleſiæ Romanæ oppugnator. E. gr. l. *libellus de corpore & ſanguine Chriſti*, Auct. PP. gr. l. T. II. p. 272. 2. ejus libros adv. Latinos memorat L. Allat. de conſenſ. l. 2. c. 10. §. 2.

YVO, Hiltemburgi natus, ex Abbate Bellovacenſi O. A. ab an. 1091. Epiſc. Carnotenſis, ob. an. 1115. E. *Opp.* omnia, viz. *Decretorum opus*, *Epp.* CCLXXXVII. *Sermones* XVII. *de Eccleſiaſticis officiis*, *chronicon de Regibus Francorum* uſque ad Philippum I. *Par.* 1647. f. *Ep.* ad Bernerium Abbatem Bonævallis ap. Dacher. in Append. ad Guiberti opera p. 664. altera ibid. p. 668.

PETRUS, magnæ Eccleſiæ diaconus, & chartophylax, clar. an. 1092. E. *Reſponſa* brevia ad interrogata de diverſis caſibus, Jur. Græc. Rom. l. 6. p. 395.

ANSELMUS, Auguſtæ in Alpibus natus, ex Abbate Beccenſi O. B. ab an. 1093. Archiep. Cantuarienſis, ob. an. 1109. E. *Opp.* omnia prout in Th. Raynaudi editione diſpo-

ponuntur; *Monologion, proſologion, liber contr. inſipientem, Dialogi de veritate; de libero arbitrio; de caſu Diaboli*; diſputatio *de Grammatico*; Tract. *de Sacramento Altaris; de incarnatione verbi; de nuptiis conſanguineorum; contra Gentiles* lib. II. *de conceptu virginali; Tractationum* Frr. varia; *Concordia Præſcientiæ, prædeſtinationis, & gratiæ cum libertate*; liber *de voluntate Dei: meditationum* libri X. liber *de ſalute animæ*; meditationes *de beneficiis Dei; de paſſione Chriſti; Alloquia cœleſtia; meditationum* Mantiſſa; *Hymni*, &c. *in Deiparam; de excellentia V. Mariæ; de* IV. *virtutibus B. Mariæ; Paſſio S. Guigneri, &c.* Exhortationes *ad contemptum temporalium, &c.* admonitio *pro moribundo; ad virginem lapſam*; lib. *de beatitudine*; Homilia in illud, *introivit Jeſus in Caſtellum*; *Homiliæ in aliquot Evangelia*; Carmina *de contemptu mundi, &c.* ad calcem habentur opuſcula Anſelmo falsò effecta. E. hæc omnia (ut de Colonienſi editione 1612. IV. Tom. jam non dicam) *Lugd.* 1630. *Par.* 1675. f. *Epp.* VII. ap. Baluz. Miſcel. T. IV. p. 471. *Epp.* VIII. ap. Dacher. T. IX. confer T. III. Sæc. XI. ab an. M.

Lambertus, natione, ut opinor, Gallus, ab an. 1094. Atrebatenſium Epiſc. ipſius Urbani Papæ manibus Romæ conſecratus. E. *Epp.* II. C. T. X. p. 468. ubi etiam plures ad illum, & de illo *Epp.* habentur. *Ep.* ad Paſchalem Papam data an. 1105. de abſolutione Philippi Francorum Regis, ibid. p. 742.

Raimundus de Ageles, Canonicus Podienſis, & Capellanus Comitis Tholoſani, clar.

Sæc. XI. ab an. M. clar. an. 1095. E. *Hiſtoria Hieroſolymitana* in Geſtis Dei per Francos T. I. p. 139.

Herigerus, Abbas Lobienſis, clar. circ. an. 1096. ob. an. 1107. E. *Hiſtoria Epiſc. Lobienſium, Leod.* 1613.

Bertoldus, Presbyter Conſtantienſis, vix. circ. an. 1096. Hiſtoriam perduxit uſq; ad finem hujus Sæculi, & forſan non diu ultra vixit. E. *Hiſtoria* ejus & *Chronicon*, ſive Appendix ad Hermannum Contract. ap. Urſtiſ. T. I. p. 340. Opuſcula varia *Ingolſt.* 1612.

Hildebertus de Lavardino, Berengarii Diſcipulus, ab an. 1097. Epiſc. Cenomanenſis, an. 1127. Archiep. Turonenſis, ob. an. 1132. E. *Opuſcula* omnia, viz. *Epp.* LXXXIII. lib. *de Natali Domini*; Carmen *de myſterio Miſſæ*; Sermo in illud, *Tunc aperientur oculi cæcorum*; in illud Lucæ, *cui multum datum eſt, &c. Sermo Synodicus*; *vita S. Hugonis Cluniacenſis*, B. PP. T. XXI. p. 119, &c. *Ep.* ad Reginold. Cantuar. & *prologus* in vitam S. Radegundis ap. Mabill. Analect. T. I. p. 293. vid. Dacher. T. IV, & XIII.

Baldericus, natione Belga, ex Archidiac. Noviomenſi ab an. 1097. Tornacenſis & Noviomenſis Epiſc. ob. an. 1112. E. *Chronicon Epiſcoporum Cameracenſium, &c. Duac.* 1615.

Paschalis II. *Rainerius* dictus, natione Tuſcus, O. B. ex Abbate SS. Stephani & Laurentii ab an. 1099. Papa, ob. an. 1118. E. *Epp.* CVII. & Frr. plura Decretorum C. T. X. p. 622. *Epp.* VI. ap. Baluz. Miſcell. T. II.

Sæcu-

Sæculum Waldense.

Conſpectus Sæculi.

Juri ſuo in inveſtituras renunciat Henricus V. Imperator in Generali Concilio Lateranenſi I. an. MCXXIII. Plures expeditiones fiunt in Terram ſanctam vario ſucceſſu, tandem infœlici exitu. Petrus Abailardus ob maleſana de ſacroſancta Trinitate dogmata damnatus an. MCXL. a S. Bernardo, quem ad diſputandum provocaverat, ad meliorem mentem revocatur. Thomas Cantuarienſis ob impugnatam Regis auctoritatem, regnique conſuetudines relegatur; finito ſexennio ſedi ſuæ redditus, a Sicariis ad ipſam Aram trucidatur. *Waldenſes*, ſive *Albigenſes*, ſeu quocunque demum alio nomine vocentur, circa an. MCLXX. inclareſcere cœperunt, hæreticæ pravitatis ob dogmata quædam Eccleſiæ Romanæ ab ipſis impugnata in Concilio III. Lateranenſi an. MCLXXIX. damnati, fautoribus eorum, & receptoribus (ipſa Canonis verbo refero) anathemati ſubjectis, prohibito ſub Anathemate, ne quis eos in domibus, vel in terra ſua tenere, vel fovere, vel negotiationem cum eis exercere præſumat. Can. XXVII. Exinde vi & armis ubique oppreſſi, inſtituto

Sæc. XII. ab an. MC.

Sæc. XII. ab an. MC. to mox S. Inquiſitionis officio. Theologia Scholaſtica nova methodo tradita, a Græcis, præſertim Joanne Damaſceno mutuata, auctore Petro Lombardo in Eccleſiam introducitur: jure etiam Canonico a Gratiano, Petri (ut volunt, an recte, viderint alii) fratre, in ordinem redacto, edito *Decretorum* volumine circa an. MCLI. *Dominicani*, ſive *Prædicantes*, *Præmonſtratenſes*, *Hoſpitalarii*, *Templarii*, aliique ordines religioſi hoc Sæculo ortum habent.

SCRIPTORES.

PETRUS ALFONSUS, MOSES prius dictus, ex Judæo Chriſtianus, claruiſſe putatur circ. an. 1100. E. *Dialogus adv. Judæos* B. PP. T. XXI. p. 172.

EUSTRATIUS, Metropolita Nicænus, ſcripſit adv. Latinos Tractatus plures, præcipuè de proceſſione Spiritus S. & clar. circ. an. 1100. Auctor certe gravis, & aliarum ſcriptionum laude ap. Latinos ipſos celebris, uti fatetur L. Allatius, qui de illo, ejuſque ſcriptis plura habet de Conſenſ. l. 2. c. 10. §. 2. p. 629.

BALDRICUS, patria Aurelianenſis, ex Abbate Burgulienſi Dolenſium in Armorica Archiep. clar. an. 1100. ob. an. 1123. E. *Hiſtoria Hieroſolymitana* inter Geſta Dei per Francos T. 1. p. 81. *vita Hugonis Archiepiſcopi Rothomagenſis* ap. Artur. de Monſtieur in *Neuſtria Pia* p. 282. ſed in qua multa confi-

ficta

ficta & fabuloſa notat idem *Monſtieur* cap. ſequenti. *Relatio prolixa de monaſterio Fiſcamnenſi* ex Codice MS. Fiſcamnenſi ap. eundem p. 227. SÆC. XII. ab an. MC.

GUIBERTUS, nobilis Gallus, S. Mariæ de Novigento in pago Laudunenſi Abbas, clar. an. 1100. E. *Hiſtoria Hieroſolymitana* ſeu *Geſta Dei per Francos* ib. T. 1. p. 467. verum omnia ejus opera collegit, e MSS. eruit, & cum notis & obſervationibus ſuis, multiſque Additamentis primus edidit Luc. Dacherius, *Par.* 1651. f. quæ hoc ordine ſequuntur; *Liber quo ordine ſermo fieri debeat*; *Moralium in Job libri* X. *in Amos lib.* 1. *in Lamentationes Jeremiæ lib.* 1. *Tractatus de incarnatione adv. Judæos*; *Ep.* prolixa *de Buccella Judæ, & de corpore, &c. de laude S. Mariæ, de Virginitate*; *de pignoribus Sanctorum libri* 3. *Hiſtoria Hieroſolymitana*, ſive *Geſta Dei per Francos lib.* IX. *de vita ſua*, ſive *Monodiarum libri* 3. una cum appendice opuſculorum quæ ab aliis ſcripta ſunt.

HUGO, ex monacho Virdunenſi, Flaviniacenſis in Ducatu Burgundiæ Abbas, clar. an. 1100. E. *Chronicon Virdunenſe* a Chr. N. ad an. 1102. ap. Labb. Biblioth. Nov. MSS. T. 1. p. 75.

RADULPHUS ARDENS, Pictavus, clar. an. 1100. referunt alii ad an. 1130. E. *Sermones in Epp. & Evangelia, Par.* 1568. *Col.* 1604.

THEODORICUS, ex monacho Gandavenſi, Abbas Trudonenſis, O. B. clar. an. 1100. E. *vita S. Bavonis Gandav.* ap. *Sur.* Octob. 1. *S. Rumoldi Epiſc. Dublinenſ. & Martyr.* ib. Jul.

Sæc. XII. ab an. MC. Jul. I. *S. Trudonis Presbyt. & Confeſſ.* ib. Novemb. XXIII. Sermo *de tranſlatione ejuſdem*, ibid. p. 515. *S. Landradæ virginis*, ib. Jul. VIII.

ANSELMUS, Scholaſticus, & Decanus Laudunenſis, clar. circ. an. 1103. quo an. obierit N. L. E. *gloſſa interlinearis* cum Lyra, &c. ſæpius edita, & Commentaria *in Cantica* & *Apocal.* Anſelmo Cantuarienſi vulgò attributa, inter Anſelmi *Opp.*

GALTERUS, ab an. 1103. Epiſc. Magalonenſis, Legatus Apoſtolicus, ob. an. 1127. E. *Ep. de floribus Pſalmorum* ap. Mabill. Analect. T. I. p. 289.

PHILIPPUS SOLITARIUS, quis aut cujas fuerit, N. L. clar. circ. an. 1105. E. *Dioptra*, ſeu *regula rei Chriſtianæ* libris IV. B. PP. T. XXI. p. 553.

ÆLNOTHUS, origine Danus an Anglus N. L. certe potiorem vitæ partem in Dania exegit, monachus verò Cantuarienſ. clar. an. 1105. E. *vita & paſſio S. Canuti Regis Daniæ, Hafniæ* 1602. & cum notis Meurſii ibid. 1631. 4°.

ODO, ex Abbate Tornacenſi O. B. ab an. circ. 1105. Epiſc. Cameracenſis, ob. exul an. 1113. E. *Expoſitio in Canonem Miſſæ, Par.* 1610. f. inter ejuſdem Commatis ſcriptores.

ODO Alter, Monachus Aſtenſis O. B. clar. an. 1106. Brunonis Signienſis æqualis. E. *Expoſitio in Pſalmos* cum ejuſdem Brunonis *Opp. Ven.* 1651.

HUGO, Abbas Cluniacenſis, clar. an. 1106. E. *Epp.* aliquot ap. Dacher. T. II.

STE-

Sæc. XII ab an. MC.

Stephanus Hardingus, Anglus, ex O. B. Monacho ab an. 1109. Abbas Ciſtercienſis, regimini ſuo renunciavit an. 1133. & ob. an. ſeq. E. *Charta Charitatis*, ſive Conſtitutiones Ciſtercienſes in Menologio Ciſterc. *Antw.* 1635. & alibi, & quædam alia, de quibus vid. Car. du Viſch. *Biblioth. ſcript. Ciſterc.* p. 301. & Miræi Auct. c. 383.

Petrus, Groſolanus, vel Chryſolanus dictus, Archiep. Mediolanenſis, & a Paſchali P. ad Alexium Comnenum C. P. miſſus, ubi adv. Græcos diſputavit, clar. circ. an. 1110. E. gr. l. *Oratio de proceſſione Spiritus S.* ap. L. Allat. Græc. Orthod. T. 1. p. 379.

Nicetas Seidus, ſcriptor Græcus, clar. (ſi in re obſcura recte conjiciam) circ. an. 1110. multa adverſus Latinos edidit, e quibus Frr. exhibet L. Allatius de Conſenſ. l. 1. c. 14. l. 2. c. 1. l. 3. c. 12. vid. lib. 2. c. 16. p. 630.

Gillebertus, genere Hibernus an Oſtmannus? Epiſcopus in Hibernia Lunicenſis ſive Lumnicenſis, ſeu Limericenſis (videſis Waræum (*a*) & Uſſerium *) clar. an. 1110. ſedique ſuæ renunciavit an. 1139. E. *Epp.* 11. & *Libellus de ſtatu Eccleſiæ* ap. Uſſer. *Epp. Hibern.* p. 77.

(*a*) *Comment. de præſul. Hib.* p. 183.

* *Not. ad Ep. Hibern.* p. 140.

Godefridus, patria Andegavenſis, Abbas Vindocinenſis, & Card. clar. circ. an. 1110. in vivis adhuc 1129. E. ejus *Opp. Par.* 1610. cum notis Sirmondi, viz. *Epiſtolarum* libri v. *Opuſcula* xviii. *Sermones* 11. exinde B. PP. T. xxi. p. 1.

Be-

Sæc. XII. ab an. MC. Berengosus, Abbas Trevirenſis, vivebat an. circ. 1110. E. *Opuſcula* varia, viz. libri III: *de laude & inventione crucis Dominicæ*; lib. *de myſterio ligni Dominici*; *Sermones* V: *de martyribus, &c. Col.* 1555. 8°. & B. PP. T. XII. p. 349.

Franco, Abbas Affligenienſis, clar. an. 1111. E. libri 12. *de gratia Dei Antw.* 1565. *Friburg.* 1620. & cum *Ep.* de monacho habitum rejiciente B. PP. T. XI. p. 293.

Rupertus, Abbas Tuitienſis, prope Colon. Agrip. O. B. ſcripſit an. 1111. ob. an. 1135. E. *Opp.* 2 Tom. *Par.* 1638. f. In hac editione continentur *Commentar. de SS. Trinitate, & operibus ejus in utrumque Teſt.* libri XLII. *in prophetas minores* lib. XXXI. *in Canticа*; *in Job*; *in Eccleſiaſtem*; *de gloria filii hominis ſuper Matthæum* lib. XIII. *de glorificatione Trinitatis, &c.* lib. IX. *in Joannem* lib. XIV. *in Apocalypſim* lib. XII. *de victoria verbi Dei* lib. XIII. *de divinis officiis* lib. XII. lib. *de incendio Tuitienſi*; *de meditatione mortis* lib. II. *vita S. Heriberti*; *de paſſione S. Eliphii*; *de voluntate Dei*; *de omnipotentia Dei*; *in regulam S. Benedicti* lib. IV. *An liceat monacho prædicare*; *de læſione virginitatis.*

Leo, cognom. *Marſicanus*, ex Monacho Caſinenſi & Bibliothecario Card. & Epiſc. Oſtienſis, vix. adhuc an. 1112. E. *Chronicon Caſinenſe* una cum Aimoini Hiſt. *Par.* 1603. ſeorſim *Ven.* 1513. & cum notis Laureti *Neap.* 1616. 4°. cum annot. Aug. de Nuce *Par.* 1668. f.

Sæc. XII. ab an. MC.

Joannes, Archiep. Lugdunenſis, clar. an. 1112. E. *Ep. reſponſoria* ad Epiſcopos Synodi Senonenſis, una cum literis Senonenſium ad Joannem noſtrum C. T. x. p. 786, &c.

Earnulphus, natione Gallus, ab an. 1115. Roffenſis in Anglia Epiſc. ob. an. 1124. E. *Epp.* 11. ſatis prolixæ ap. Dacher. T. 11.

Bernardus, Gallus, nobilis Burgundus, natus an. 1091. ex Monacho O. Ciſt. Clarævallenſis ab an. 1115. Abbas, ob. an. 1153. E. *Opp.* omnia, viz. *Epp.* CCCLXVII. *Sermones in Dominicas & Feſta, &c. Sermones* CXI. *de diverſis; officium de S. Victore; Confeſſionis privatæ formula; jubilus Rhythmicus de amore Chriſti; Sermones* LXXXVI. *in Cantica; de Conſideratione ad Eugenium P. libri* V. *de moribus & officio Epiſcoporum; Apologia de vita & moribus Religioſorum; de contemptu Mundi; de diligendo Deo; de gratia & libero arbitrio; de præcepto & diſpenſatione; de gradibus humilitatis & ſuperbiæ; de nova militia; de converſione ad Clericos; de erroribus P. Abailardi; ad Hugonem de S. victore de quæſtionibus ab eo propoſitis; de vita S. Malachiæ Hiberniæ Archiep. Ep. ad S. Hildegardim (N. B. ſcripta ſuppoſititia & dubia hoc loco a me non enumerari) Antw.* 1576. f. *Par.* 1609. cum notis Picarti: ibid. 5. Tom. 1645. f. auctiora ibid. 2 vol. f. & VIII. voll. 8°. 1666. *Epp.* aliquot ap. Dacher. T. III. De eo ejuſque ſcriptis conſulas Car. du Viſch. Biblioth. ſcript. O. Ciſt. a p. 39.

SÆC. XII. ab an. MC.

GELASIUS II. Campanus, patria Caietanus, Joannes antea appellatus, O. B. ex Ecclesiæ Romanæ Cancellario ab an. 1118. Papa, ob. an. sequ. E. *Epp.* VI. C. T. X. p. 817. *Passio S. Erasmi, Rom.* 1639. 4°.

EUTHYMIUS ZIGABENUS, Monachus Græcus, clar. circ. an. 1118. E. Lat. *Orthodoxæ fidei Panoplia, Lugd.* 1556. 8°. *Ven.* 1575. ex hac Ἀποσπασμάτιον insigne edidit gr. l. Sylburg. in *Saracenicis* a p. 1. & Auct. B. PP. T. II. p. 292. *Comment. ejus in Psalmos &c.* & reliqua opera quære in B. PP. T. XIX. p. 1, 235, 475.

NICEPHORUS BRYENNIUS, patria Macedo, dignitate Panhypersebastus, deinde Cæsar, clar. præcipue circ. an. 1118. ob. an. circ. 1137. E. gr. l. libri IV. *Commentariorum de rebus Byzantinis* cum notis Possini *Par.* 1661. f. Notas historicas, & philologicas in eosdem libros scripsit Carolus du Fresne, & ad calcem Cinnami edidit, ibid. 1670. f.

ANNA COMNENA, Alexii Comneni Imp. filia, Nicephori Bryennii Cæsaris Uxor, clar. an. 1118. scripsit an. 1148. E. gr. l. *Alexiados libri* XV. de rebus ab Alexio patre gestis, cum Hoeschelii notis, & Possini glossario, *Par.* 1651. f. notas historicas & philologicas addidit Car. du Fresn. ib. 1670. Octo priores græcè, *Aug. Vindel.* 1610. 4°.

JOANNES ZONARAS, Magnus Drungarius Viglæ, & Protoasecretis, postea ereptis ei charissimis, conjuge sc. liberisque, Monachus factus, clar. an. 1118. E. gr. l. *Annales* ab Orb. C. *Bas.* 1557. f. *Commentarii in Canones Apost.* & *Conciliorum*, & *in Epp.* Ca-

Canonicas SS. PP. *Par.* 1618. & cum Beveregii Annotationibus in *Pandectis Canon. Oxon.* 1672. f. *Oratio de immunditie ob gonorrhœam*, Jur. Gr. Rom. l. 5. p. 351. *de nuptiis Conſobrinorum*, ap. Coteler. Monument. T. III. p. 433. De Stylo quo in condendis Annalibus uſus eſt, ipſe *ita pronuntiat, vel potius excuſat. εἰ δ' ὁ χαρακτὴρ τῶ λόγω ποικίλλεται, καὶ μὴ δ' ὅλως ὅμοιός ἐστιν ἑαυτῶ, θαυμαζέτω μηδεὶς, μήδέ τις τὸν λόγον αἰτιάσθω, ἢ τὸν τύτου πατέρα μέ. *Dictionem eſſe variam, nec per omnia ſui ſimilem, nemo miretur, aut culpet orationem, aut me autorem illius. Cum enim hiſtoriam ex variis ſcriptoribus veluti ſtipem colligere neceſſe habeam, in multis illorum & dictione & compoſitione utendum erit. Sicubi tamen ipſe de meo aliquid interjecero ac inſeruero, ſtylus ad illius, quem ſequar, auctoris, formam accommodabitur, ne ſcriptura a ſeſe diſſidere videatur.*

Sæc. XII. ab an. MC.

*Annal. Tom. I. p. 3.

Florentius, Anglus, Monachus Vigornenſis, ſcripſit an. 1118. quo etiam ob. aut ſaltem ſequ. E. *Chronicon, Lond.* 1592. 4°. & cum Matthæo Weſtmonaſterienſ. *Francof.* 1601. f.

Callistus II. Burgundus, Guilielmi Comitis filius, & Henrici Imperatoris conſanguineus, ab an. 1119. Papa, ob. an. 1124. E. *Epp.* XXXV. Concil. T. X. p. 827. *Epp.* V. ap. Baluz. T. II. p. 192. *Sermones* IV. in S. Jacobum Apoſt. B. PP. T. XX. p. 1278.

Guigo, O. Carth. Monachus, Carthuſiæ majoris Prior quintus, clar. circ. an. 1120. S. Bernardo familiaris, E. *Ep. de ſuppoſititiis B. Hieronymi Epp.* ap. Mabill. Analect. T. I. p. 331.

Sæc. XII. ab an. MC.

p. 331. *meditationes* B. PP. T. XXII. p. 1163. liber *de quadripartito exercitio Cellæ* (ſi ejuſdem ſit Guigonis) ib. T. XXIV. p. 1463.

Robertus, natione Gallus, Monachus S. Remigii in Diœceſi Rhemenſi, O. B. clar. an. 1120. E. *Hiſtoria Hieroſolymitana* inter Scriptores Germ. Reuberi p. 217. & inter Geſta Dei per Franc. T. I. p. 30.

Albertus, Eccleſiæ Aquenſis Canonicus & Cuſtos, clar. circ. an. 1120. quamvis ætas ejus haud ſatis certa. E. *Hiſtoria Expeditionis Hieroſolymitanæ* in Geſt. Dei per Franc. T. I. p. 184.

Gaulerius, natione Gallus. dignitate Cancellarius, clar. an. 1120. E. *Bella Antiochena* in Geſt. Dei per Fr. T. I. p. 441.

Hugo, O. B. Monachus Floriacenſis, clar. an. 1120. E. *Chronicon* ejus editum *Monaſter.* 1638. a nonnullis Ivoni Carnotenſi tributum: item libri II. *de regia poteſtate & ſacerdotali dignitate* ap. Baluz. Miſcell. T. IV. p. 9.

Absolom, ex Canonico Pariſienſi Abbas Spincherbacenſis, clar. an. 1120. E. *Sermones Feſtivales* LI. *Colon.* 1534. f.

Michael Glycas, Siculus, clar. an. 1120. E. *Annales quadripartiti* gr. lat. *Par.* 1660. f. varia ejus Scripta theologica recenſet L. Allat. de conſenſ. Eccl. Orient. & occident. l. 2. c. 18. & ex iis plurima habet Frr. ib. l. 3. Capp. 2, 13, 14, 15, 16, 18. & lib. *de purgat.* p. 28, 49, 789. *lib. adv. Hotting.* c. 18. *de lib. Eccleſ. Græc.* p. 118, 127, 254, 324, &c.

Ni-

Sæc. XII. ab an. MC.

Nicetas, Byzantius, philoſophus i. e. ni fallor, monachus, claruiſſe videtur circ. an. 1120. ſcripſit pro Synodo Chalcedonenſi adv. Armeniæ principem. E. Fri. ap. L. Allat. de Conſenſ. l. 1. c. 5. p. 72. & lib. de purgat. p. 4. de lib. Eccleſiaſt. Græcor. p. 314.

Norbertus, patria Clivenſis, Archiep. Magdeburgenſis, clar. an. 1120. ob. 1134. E. *Sermo exhortatorius ad Fratres*, B. PP. T. XXI. p. 118.

Robertus Retinenſis, Anglus, Pompelonenſis in Hiſpania Archidiaconus, clar. an. 1120. ob. 1143. E. *verſio Alcorani* ab eo Lat. reddita. *Norimb.* 1543. *Baſ.* 1550. f.

Hugo, natione, ut volunt, Saxo, rectiùs patria Iprenſis, Canonicus, & ſi Trithemio (*a*), & Pantaleoni (*b*) fides, Abbas S. Victoris Pariſienſis, inde *Hugo de S. Victore* dictus, clar. an. 1120. ob. an. 1140. E. *Opp.* omnia *Ven.* 1588. *Col.* 1617. *Rothom.* 1648. in his continentur Annotationes in omnes fere V. & N. Teſtamenti partes, Tractatus & opuſcula plurima, quæ a Bellarmino *diligenter ſatis recenſentur. Caput ultimum libri *de ſtudio legendi* edidit Mabill. Analect. T. 1. p. 324.

(*a*) *De Script. Eccl.* f. 82.
(*b*) *De viris illuſtr. part.* 2. p. 171.

* *De ſcript. Eccl.* p. 312.

Eadmerus, Anglus, Cantuarienſis Anſelmi diſcipulus, O. B. ex Abbate S. Albani, S. Andreæ in Scotia Epiſc. clar. an. 1121. E. *Hiſtoria ſui Sæculi*, *Lond.* 1623. f. & cum *Opp.* Anſelm. *Par.* 1675. f.

SÆC. XII. ab an. MC.

PETRUS, Mauricius, ab an. 1122. Abbas Cluniacenſis, *venerabilis* dictus, ob. an. 1157. E. *Opp.* omnia, viz. *Epiſtolarum* libri VI. *Ep.* contra eos qui dicunt, *Chriſtum nunquam ſe in Evangelio aperte Deum dixiſſe*; Tract. *adv. Judæos*; *Ep.* ad S. Bernardum *de Tranſlatione Alcorani*; *adv. Petrobuſianos*; *de transfiguratione Chriſti*; *de miraculis ſui temporis* libri II. *Hymni*, *verſus*, &c. *Statuta Cluniacenſia.* Habentur hæc tum *Ingolſt.* 1546. tum in Bibliotheca Cluniac. *Par.* 1614. f. B. PP. T. XXII. p. 813.

FULCHERIUS, Carnotenſis, Balduini Regis Capellanus, clar. an. 1124. E. *Geſta Francorum Hieruſalem peregrinantium* in Geſt. Dei per Franc. T. I. p. 381.

HONORIUS II. antea *Lambertus*, civitate Bononienſis, Epiſc. Oſtienſis, ab an. 1124. Papa, ob. an. 1130. E. *Epp.* XI. C. T. X. p. 908. *duodecima* ib. p. 1843.

STEPHANUS I. Æduenſis Epiſc. clar. an. 1125. E. liber *de Sacramento Altaris*, B. PP. T. XX. p. 1872. alter erat junior, qui ob. an. 1189.

DROGO, ab an. 1128. Abbas Laudunenſis, ab an. 1136. Cardin. & Epiſc. Oſtienſis, E. Sermo *de paſſione Domini*, aliaque *Opuſcula* B. PP. T. XXI. p. 329, 341. vid. *Orthodoxogr.* p. 1388.

ADAMUS, Canonicus O. Præm. vix. forſan circ. an. 1130. E. *Opp.* viz. *de ordine & habitu Præmonſtratenſi* Sermones XIV. *de triplici Tabernaculo Moſis*; *de triplici genere contemplationis*, *Par.* 1518. f. Hunc ſcriptorem unicus mihi indicavit Miræus Auctuar. c. 376.

HER-

Sæc. XII. ab an. MC.

Herveus, Monachus Dolenſis, O. B. vix. circ. an. 1130. Hujus opera aliis (a) vulgo tribuuntur. E. *Comment. in Epp. D. Pauli* inter *Opp.* Anſelm.

(a) *Vide Labb.* T. I. p. 432.

Honorius, Auguſtodunenſis Scholaſticus, flor. an. 1130. E. liber *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, ſive *de Luminaribus Eccleſiæ* Miræi notis illuſtratus, *Antw.* 1639. f. *Opp.* ejus omnia, *Comment. in* 3. *libros Solomonis*, *Col.* 1540. *Inevitabile*, ſive Dialogus *de Prædeſtinatione*, *&c. Antw.* 1620. 8°. & inter *Opp.* Caſſandri, *Par.* 1616. *Gemma animæ de Officio Miſſæ*, *Lipſ.* 1514. & inter ſcript. de divinis officiis, *Par.* 1610. *p.* 1179. *Synopſis mundi*, ſive *de imagine mundi* lib. 3. *Spiræ* 1583. & alibi. *Elucidarium*, Anſelmo tributum; libellus *de Hereſibus*, *Baſ.* 1544. *Helmſtad.* 1612. *de Mundi philoſophia* lib. IV. *de Solis affectibus* liber; *ſeries Rom. Pontificum* uſque ad Innocent. II. omnia junctim edita B. PP. T. XX. p. 963, 1226.

Innocentius II. *Gregorius* antea dictus, ex nobili familia Romæ natus, O. B. ab an. 1130. Papa, ob. an. 1143. E. *Epp.* XLIII. C. T. X. p. 946. & aliæ v. ib. p. 1843. *Epp.* II. ap. Baluz. Miſcel. T. II. p. 198.

Simeon, natione Anglus, O. B. Monachus, & præcentor Dunelmenſis, clar. an. 1130. E. Hiſtoria *Eccleſiæ Dunelmenſis* necnon *de Epiſc. Eboracenſibus*, item *Hiſtoria Regum Anglorum* inter X. Scriptores Hiſtoriæ Anglic. *Lond.* 1652. f. Hiſtoriam hanc per XXV. annos continuavit *Joannes de Hexam*, Prior Hagulſtadenſis, ejuſdem temporis Scriptor, ibidem editus.

Sæc. XII. ab an. MC.

Algerus, ex Scholaſtico Leodienſi, Monachus Cluniacenſis, O. B. vix. an. circ. 1130. E. libri III. *de corpore & ſanguine Chriſti* B. PP. T. XXI. p. 251.

Willelmus, Anglus, vero nomine *Somerſet* dictus, Monachus Malmsburienſis O. B. cœnobii ſui Præcentor, & Bibliothecarius, clar. circ. an. 1130. ob. an. 1142. E. *de geſtis Regum Anglorum* lib. V. *Hiſtoriæ Novellæ* lib. II. *Lond.* 1596. f.

Waselinus, cognom. *Momalius*, S. Laurentii ap. Leodienſes Abbas, clar. circ. an. 1130. ob. an. 1147. E. (hujus, an ſucceſſoris ſit, viderint alii) *Ep. de continentia Conjugatorum ante Communionem* ap. Mabill. Anal. T. I. p. 339.

Theobaudus, Monachus in Burgundia Bezuenſis, claruiſſe videtur circ. an. 1130. E. libri IV. *de Actis, &c. S. Prudentii Martyris* ap. Labb. Bibl. Nov. MSS. T. II. p. 605.

Gratianus, patria Etruſcus, Cluſii natus, Monachus Bononienſis, O. B. clar. ab an. 1131. in vivis adhuc an. 1151. E. *Decretum* infinitis vicibus editum, in omni juris Canonici editione, præcipue *Rom.* 1580. *Par.* 1612. f. *Lugd.* 1661. 2 vol. 4°.

Stephanus, Epiſc. Pariſienſis, clar. an. 1132. E. *Epp.* aliquot ap. Dacher. T. III.

Malachias, gente Hibernus, *Melmedoic O-Morgair* dictus, in Aquilonari Hibernorum regione natus, ex Abbate Bangorenſi primum Connorenſis Epiſc. dein ab an. 1134. Archiep. Armachanus, ſede ſe ſponte abdicavit an. 1137. ob. in cœnobio Claræval-

vallenſi an. 1148. S. Bernardo perquam familiaris, qui vitam ejus deſcripſit. E. *prophetia de futuris Pontificibus Romanis* cum expoſitione Ciaconii ap. Arnold. Wion *in Lign. vitæ* l. 2. c. 40. de aliis vid. Cl. Waræum lib. 1. de ſcript. Hibern. p. 55. qui eadem fere habet Comment. de præſul. Hibern. p. 14. & Baleum Cent. XIV. p. 239.

ODDO, S. Remigii ap. Rhemos Abbas, clar. an. 1135. E. *Ep. de miraculo quodam S. Thomæ Apoſtoli* ap. Mabill. Analect. T. 1. p. 334.

ULGERIUS, Andegavenſis Epiſc. clar. an. 1136. E. *Relatio* ad Innocentium II. pro Monaſterio Rotenſi, ap. Baluz. Miſcel. T. II. p. 200.

GEORGIUS, Metropolita Corcyrenſis, clar. circ. an. 1136. & deinceps; Romam a Manuele Imperatore ad concilium celebrandum miſſus, verum infirmitate impeditus, in itinere ſubſtitit. De eo ejuſque libris adv. Latinos vid. L. Allat. tum Diatriba *de Georgiis & eorum Scriptis*, tum *de Conſenſ.* l. 2. c. XI. §. 6. E. Frr. ibid. *de libr. Eccleſiaſt. Græc.* Diſſert. II. p. 134. & forſan alibi.

PHILIPPUS, O. Ciſt. Epiſc. Tarentinus, clar. an. 1136. Leonis Antipapæ fautor, idcircò a Synodo Lateranenſi depoſitus, an. 1139. factus ab an. 1156. Abbas de Eleemoſyna in Dioeceſi Carnotenſi. E. *Epp.* XXV. ap. Car. du Viſch. ad calcem lib. de Script. O. Ciſt. p. 336.

PE-

Sæc. XII. ab an. MC.

Petrus, patria Romanus, Diaconus Oſtienſis, Cœnobii Caſinenſis Monachus, & Bibliothecarius, clar. circ. an. 1137. E. liber *de viris illuſtribus Caſinenſibus*, una cum ſupplemento Placidi Romani, itidem Monachi ac Diaconi Caſinenſis, *Rom.* 1655. *Par.* 1668. B. PP. T. XXI. p. 347. Scripſit item librum quartum Chronici Caſinenſis, ubi deſinit Leo Oſtienſis, & cap. LXVIII°. innumera a ſe ſcripta diligenter recenſet.

Achardus, Monachus Clarevallenſis, ſub S. Bernardi regimine, clar. an. 1140. E. *vita S. Geſelini*, *Duac.* 1626.

Petrus Abailardus, Monachus Cluniacenſis, & teſte Henrico (*a*) Gandavenſi, Theologicæ Scholæ rector, vix. circ. an. 1140. ante obitum mediante S. Bernardo, & Petro Cluniacenſi damnatas opiniones ejuravit. E. ejus, ut & Heloiſæ Conjugis *Opp.* ab Andr. Quercetano edita *Par.* 1616. 4°.

(*a*) *De Script. Eccleſ. c.* 16.

Guilhelmus, O. Cl. Abbas S. Theodorici, & deinceps ſub S. Bernardo Monachus Claræ vallenſis, clar. an. 1140. vivente adhuc Bernardo ob. E. *Orationes*, & *Meditationes*, item *libellus de amore Dei*. B. PP. T. XXII. p. 1142.

Lucas, Montis Cornelii prope Leodium Abbas, flor. an. 1140. E. *Commentarius in Cantica* ex Aponii Com. deflorati B. PP. T. 14.

Guerricus, ex Monacho Tornacenſi O. C. Abbas Igniacenſis, clar. an. 1140. ob. circ. an. 1157. E. *Sermones de Tempore*, *Par.* 1539. & B. PP. T. XXIII. p. 169.

Rodulphus, Abbas S. Trudonis, clar. circ. an. 1140. E. *Chronicon* Monaſterii ſui ap. Dacher.

Dacher. Spicileg. T. VII. *vita Lietberti* lib. T. IX. *Ep.* ad Sigebertum una cum literis Sigeberti ap. Mabill. Anal. T. II. p. 495. SÆC. XII. ab an. MC.

PHILIPPUS HARVENGIUS; Eleemoſynarius, Abbas Bonæ ſpei, clar. circ. an. 1140. E. ejus *Opp.* viz. *Comment. in Cantica*; liber *de lapſu primi hominis, & de damnatione Solomonis*; *de Clericorum dignitate, ſcientia, &c.* libri III. vitæ plures, *S. Auguſtini Hippon. Amandi Tungrenſ. S. Giſleni*; *Martyriæ S. Landelini, SS. Foilani, &c. S. Waldetrudis, Odæ & Agnetis*; *Epp. variæ, & poemata, Duaci* 1620. f. vide Miræi Auct. c. 353.

GERARDUS a NAZARETH, Galilæus, Epiſc. Laodicenſis, clar. an. 1140. Scripta ejus recenſet Simlerus p. 237. & qui illum exſcribit, Poſſev. T. I. p. 635. an edita ſint, N. L.

BERNARDUS, Monachus Morlavenſis, O. Cl. clar. an. 1140. ſcripſit verſibus dactylicorhythmicis *de Contemptu Mundi*, libros 3. qui E. *Bremæ* 1597. *Rintel.* 1626. *Luneburg.* 1640. 12°. & alia quædam de quibus vid. Simler. & ex eo Poſſev. T. I.

ORDERICUS VITALIS, natione Anglus, Presbyter & Monachus Uticenſis in Normannia, natus an. 1075. ſcripſit an. 1141. ætat. 67. E. *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* libri XIII. inter ſcriptores Normanicos Du-Cheſn. *Par.* 1619. f.

PETRUS, gente Lombardus, patria Novarienſis, *Magiſter ſententiarum.* clar. an. 1141. ab an. 1159. fit Epiſc. Pariſienſis, ob. an. 1164. E. *ſententiarum* libri 4. *Lov.* 1576. 4°. *Par.* 1577. 8°. alibique ſæpiſſimè. *Comment. in Pſalmos, Par.* 1541. f. *in D. Pauli Epp. Par.* 1535.

AR-

Sæc. XII. ab an. MC.

Arnulphus, ex Archidiacono Sagienſi ab an. 1141. Epiſc. Lexovienſis, ob. ſenex an. 1182. E. *Opuſcula*, quæ ſunt vel *Epp.* vel *Conciones*, vel *Epigrammata* B. PP. T. XXII. p. 1304. confer Dacher. Spicileg. T. II, & XII. & Concil. T. X. p. 1411. ubi habetur *Sermo* ejus ad Synodum Turonenſem, qua Victor Antipapa, illiuſque fautores excommunicati fuerunt an. 1163. *Ep.* III. ad Arnoldum Abbatem Bonævall. inter Arnoldi *Opp.* ad calcem Cyprian. *Oxon.* 1682.

Cælestinus II. cui nomen *Guido*, natione Tuſcus, ab an. 1143. Papa, ob. an. 1144. E. *Epp.* III. C. T. X. p. 1031.

Lucius II. *Gerardus* ante vocatus, patria Bononienſis, ex Romanæ Eccleſiæ Bibliothecario ab an. 1144. Papa, ob. an. ſeq. E. *Epp.* VII. C. T. X. p. 1035. *Epp.* II. ap. Baluz. Miſcell. T. II. p. 218.

Thomas, Abbas Maurigniacenſis, clar. an. 1144. E. *Ep.* ad S. Bernardum ap. Baluz. Miſcell. T. IV. p. 459.

Amedeus, prope Viennam Allobrogum natus, O. C. Abbas, ab an. 1144. Epiſc. Lauſanenſis, ob. an. 1158. E. *Homiliæ* VIII. *de S. Deipara* cum *Opp.* S. Leonis I. *Lugd.* 1633. f. B. PP. T. XX. p. 1262. & *Audomari* cura Rich. Gibboni 1613.

Otho, patria Auſtriacus, Lupoldi Marchionis filius, Conradi III. Imperatoris frater, Frederici Ænobarbi patruus, Conradi Cancellarius, & ſcriniorum præfectus, ex Abbate Morimundenſi O. Ciſterc. Friſingenſis Epiſc. clar. an. 1144. ob. an. 1159. errat proinde Trithemius (*a*), qui illum an. 1160.

(*a*) *De Script. Eccl. f.* 107.

1260. claruiſſe tradit. E. *Chronicon* cum continuatione, & de Geſtis Freder. libri 3. ap. Urſtiſ. Script. Germ. T. I. Sæc. XII. ab an. MC.

Eugenius III. cui *Bernardi* nomen fuerat, ortu Piſanus, S. Bernardi Claræ-vallenſis diſcipulus, O. Ciſt. ab an. 1145. Papa, ob. an. 1153. E. *Epp.* LXXXIII. C. T. x. p. 1046. *aliæ* v. ib. p. 1846. *Ep.* una ap. Baluz. Miſcel. T. II. p. 222.

Gilbertus Porretanus, ex Magiſtro Scholæ Pariſienſis, Pictavorum Epiſc. quaſi minus recte de S. Trinitate ſentiret, ſuſpectus; vix. an. circ. 1148. E. *Ep.* ad Matthæum Abbatem S. Florentii ap. Dacher. in Appendice ad opera Guiberti p. 564. an aliud quidpiam lucem viderit, mihi hactenus eſt incompertum. Interim de ſcriptis ejus conſulas Simler. & Poſſevin.

Gaufredus, Monachus Claræ-vallenſis, O. Ciſt. clar. an. 1148. E. ad Cardinalem Albanenſem *Epiſt. de cauſa Gilberti Porretani* C. T. x. p. 1121.

Anselmus, Havelbergenſis Epiſc. clar. an. circ. 1149. E. Dialogi III. adv. Græcos ap. Dacher. T. XIII.

Gilbertus Folioth, Anglus, ex Abbate Leiceſtrenſi O. A. ab an. 1149. Epiſc. Hereford-ienſis, deinde ab an. 1161. Londinenſis, ob. an. 1187. E. *Comment. in Cantica Lond.* 1638. 4°.

Henricus, Anglus, Huntingdonenſis Archidiaconus, & Canonicus Lincolnienſis, clar. an. 1150. E. *Hiſtoriæ Anglorum libri* x. *Lond.* 1596. f. *Ep. de contemptu Mundi* ap. Dacher. T. VIII.

Joan-

Sæc. XII. ab an. MC.

Joannes, ex Monacho in Oxia insula Patriarcha Antiochenus, clar. judice Cotelerio circ. an. 1150. E. gr. l. *oratio in donationes Monasteriorum Laicis factas* ap. Cotel. monument. Eccl. Gr. T. 1. p. 159.

Ailredus, sive Ealredus, Anglus, an Scotus? Anglus, opinor, ortu, educatione Scotus; Rievallensis vulgò *Revesby* in agro Lincolniensi Abbas, clar. an. 1150. ob. an. 1166. E. *Historia de vita & miraculis S. Edvardi Confess. Genealogia Regum Anglorum*, item liber *de bello Standardii* inter x. Scriptores, *Lond.* 1652. Opera pia & theologica, viz. *Speculum Charitatis, Homilias, Dialogos, Epistolas, &c.* collegit, & ex MSS. edidit Rich. Gibbonus Jesuita, *Duac.* 1631. & exinde in B. PP. T. xxiii. p. 1. translata sunt. Tractatus *de Domin. infra Octav. Epiph.* & Sermones xi. *de Oneribus Esaiæ* inter S. Bernardi opera latere solebant.

Helmoldus, Presbyter Lubecensis, & Canonicus Bosovienſis, clar. an. 1150. ob. an. 1170. E. *Chronica Sclavorum, Francof.* 1556. 4°. & 1581. *Lubec.* 1659.

Constantinus Harmenopulus, Sebastus, Nomophylax, & Judex Thessalonicensis, clar. circ. an. 1150. non diu post exortam Bogomilorum hæresim, ut ipse (*a*) testatur, unde malè Seldenus (*b*) illum ad Philothei (qui thronum CP. ascendit an. 1362.) tempora revocat. E. gr. l. περίχειρον νόμων, *Genevæ* 1587. 4°. *Epitome Canonum* in Jur. Gr. Rom. T. 1. p. 1. Liber *de sectis*, ib. p. 547. Auct. PP. gr. l. T. 1. & cum Theoriano, &c. *Bas.* 1578. 8°.

(*a*) *De Sect. c.* 19.
(*b*) *De Synedr. l.* 1. *c.* 10. *p.* 393.

Ri-

Sæc. XII. ab an. MC.

Richardus, Scotus, Prior S. Victoris Pariſienſis O. A. clar. an. 1150. ob. an. 1173. E. *Opp.* omnia 2. Tom. *Ven.* 1592. *Rothom.* 1650. f. in quibus præ ceteris eminent Tractatus *de ſtatu*; & *de eruditione interioris hominis*; *de Trinitate libri* VI. *de Emmanuele* adv. Judæos libri II. *de Templo Salomonis*; *de Templo Ezechielis*; *de concordia temporum Regum conregnantium ſuper Judam & Iſrael.*

Alanus de Inſulis, Gallo-Flander, *Doctor Univerſalis*, ex Abbate Ripatorii ab an. 1151. Epiſc. Antiſſiodorenſis, ſedi ſuæ renuntiavit an. 1167. ob. an. 1182. Junior ergo *Alanus Inſulenſis* ſit oportet, qui juxta Trithemium, Pantaleonem, alioſque clar. an. 1305. quin ut ex ejus Epitaphio liquet, ob. an. 1294. Certe Carolus du Viſch duos Alanos Inſulenſes facit, Epiſcopum noſtrum Antiſſiodorenſem, & Alanum *Converſum*, ſive monaſterii Ciſtercienſis Fratrem laicum, qui demum tempore Concilii Lateranenſis, an. 1215. notus extitit, & adv. hæreticos validè diſputavit. Verum de hiſce viderint alii. E. *Opp.* viz. *Commentarius in Cantica canticorum*; *de Parabolis*; *Anticlaudianus*; *ſumma de arte prædicandi*; *pœnitentiale*; *planctus naturæ contra Sodomiæ vitium*, & alia quædam, quæ collegit, & junctim edidit Carolus du Viſch *Antw.* 1653. f. *adv. Judæos & Mahumetanos* libri IV. *in Biblioth. Ciſterc.* ejuſdem Car. du Viſch. *Col.* 1656. 4°. ubi pluribus de eo ejuſque ſcriptis agit.

Galfridus, cognom. Arthurius, Britannus, ex Archidiac. Monumethenſi ab an. 1151. Aſaphenſis Epiſc. in vivis, ut volunt, an.

Sæc. XII. ab an. MC. an. 1175. E. *Hiſtoria Britanniæ, Par.* 1517. 4°. & inter Scriptores Britan. *Heidelb.* 1587. f. alia latent MSS.

Potho, Presbyter & Monachus Prumienſis, O. B. clar. an. 1152. E. libri v. *de ſtatu domus Dei*; *de domo Sapientiæ* l. 1. *Hagen.* 1532. 8°. B. PP. T. XXI. p. 489.

Nicolaus, Monachus Clarevallenſis, O. C. S. Bernardo ab Epiſtolis, quem tamen poſtea oppugnavit, clar. an. 1152. obiiſſe videtur circ. an. 1171. E. *Epp.* plures B. PP. T. XXI. p. 517. *Epp.* II. ap. Baluz. Miſcell. T. II. p. 234.

Anastasius IV. Conradus nominatus, Romanus, O. A. primum Abbas S. Anaſtaſii Veliternæ diœceſis, dein Epiſc. Sabinus, denique ab an. 1153. Papa, ob. an. ſeq. E. *Epp.* XIII. C. T. X. p. 1133, & 1851.

Hadrianus IV. natione Anglus, *Nicolaus Breakeſpeare* antea dictus, Norvegiorum (quos ad Chriſti fidem convertit) Apoſtolus, ex Epiſc. Albanenſi ab an. 1154. Papa, ob. an. 1159. E. *Epp.* XLII. C. T. X. p. 1143, 1853. *Epp.* II. ap. Baluz. Miſcell. T. II. p. 223.

Elizabetha, Abbatiſſa Schonhaugenſis, O. B. revelationibus clara, flor. an. 1154. ob. an. 1164. E. *Revelationum* libri III. & *Epp.* plures *Col.* 1628.

Lucas, cognom. *Chryſoberges*, ex Monacho Patriarcha CP. ab an. 1155. uſque ad an. 1167. E. gr. l. varia *Decreta Synodalia* Jur. Gr. Rom. l. 3. p. 217.

Ba-

Sæc. XII. ab an. MC.

Basilius Achridenus, Metropolita Theſſalonicenſis, clar. 1156. E. gr. l. *Ep.* ad Hadrianum P. (una cum literis Hadriani) *de unione Eccleſiarum*, Jur. Gr. Rom. l. 5. p. 307. Reſcriptum *de nuptiis* ib. p. 309. hujus etiam videtur aliud ib. lib. 6. p. 408.

Andronicus Camiterus, præfectus Urbis, & magnus Viglæ Drungarius, Sebaſtus, & ipſius imperatoris Manuelis affinis, clar. circ. an. 1156. ſcripſit ſub perſona Manuelis librum adv. Latinos de proceſſione Spiritus S. cui reſpondet Joan. Veccus: an E. hodie N. L. vid. L. Allat. de Conſenſ. l. 2. c. 11. §. v.

Durandus, Abbas Troarnenſis, clar. circ. an. 1156. E. lib. *de corpore & ſanguine Domini* adv. Berengar. in Append. ad *Opp.* Lanfranci, ed. Dacher. p. 72.

Radulphus, *Niger*, Monachus Flaviacenſis ſive potius Flaicenſis in territorio Bellovacenſi, O. B. clar. non Sæculo decimo quod hactenus creditum, ſed an. 1157. ut in Diſſert. fuſius adv. Mareſium probat Labbeus (*a*). E. *Comment. in Levit.* lib. xx. B. PP. T. xvii. p. 47.

(*a*) *Tom.* II. *p.* 273. *& in Addend. p.* 795.

Zacharias, Chryſopolitanus (uti volunt) Epiſc. clar. an. 1157. E. Μονοτίαρα in Concordiam Evangel. *Col.* 1535. f. B. PP. T. xix. p. 732.

Bartholomæus de Fusniaco, ex Epiſc. Laudunenſi (ſede enim ſua ſe abdicavit) Monachus Ciſtercienſis, clar. an. 1157. E. *Ep. Apologetica* ad Synodum Rhemenſem, qua de diſſipati Eccleſiaſtici patrimonii crimine ſe purgat, C. T. x°. p. 1184.

Sæc. XII. ab an. MC.

Alexander III. *Rolandus* antea dictus, patria Senenſis, ab an. 1159. Papa, ob. an. 1181. E. *Epp.* CCCXXXVII. C. T. x. aliæ IV. ib. p. 1854. *Conſtitutiones* ejus quær. ib. p. 1135, &c. *Epp.* IV. ap. Baluz. Miſcell. T. II. p. 227. *Epp.* II. ib. T. IV. p. 466. *Ep.* ad Athalaud. *de ſchiſmate* iſtius temporis B. PP. T. XXIV. p. 1519.

Ecbertus, ex Canonico Bononienſi, Abbas Schonhaugenſis, clar. an. 1160. E. *Sermones* XIII. *adv. Catharos* B. PP. T. XXIII. p. 600, 631.

(a) *De Script. Angl* p. 226.

Odo, Anglus, patria Cantianus, O. B. ap. Cantuarienſes Prior, &, ſi fides Pitſeo (a), Monaſterii de Bello Abbas, clar. non ut Pitſeus, obiit, an. 1160. E. *Ep.* ad Adamum Igniacenſ. fratrem quendam novitium (in qua abſurda quædam, & tantum-non blaſphema habet de S. Benedicto, ejuſque inſtituto, eique attribuit, quæ de Chriſto in S. Scriptura *ἰδιικῶς* dicuntur) ap. Mabill. Anal. T. I. p. 349. Hujus, ut videtur, ſunt *Epp.* aliquot ap. Dacher. T. II.

Bertrandus, Monachus, ut videtur, Caſæ Dei in Montibus Arvernicis, clar. an. 1160. E. *Liber tripartitus de vita, &c. S. Roberti Abbatis* ap. Labb. Bibl. Nov. MSS. T. II. p. 637.

Petrus, ortu Blæsensis, ex Canonico Bituricenſi Bathonienſis, & poſtea Londinenſis in Anglia Archidiac. Cantuarienſis Archiepiſcopi Cancellarius, ipſiuſque Regis Vicecancellarius, clar. ab an. 1160. obiiſſe videtur circ. an. 1200. E. *Opp. Par.* 1519. *Mogunt.* 1600. 4°. Append. ib. 1605. 8°. integra cum notis & additament. *Par.* 1667. f.

B.

B. PP. T. XXIV. p. 911, 1077. & ſunt *Epp.* CLXXX. *Sermones* LI. liber *de Transfiguratione Domini*; *de converſione S. Pauli*; *compendium ſuper Job*; *de peregrinatione Hieroſolymitana*; *inſtructio fidei ad Soldanum*; *de confeſſione Sacramentali*; *de pœnitentia a Sacerdote injungenda*; *Canon Epiſcopalis*; *invectiva contra depravatorem*; *de amicitia Chriſtiana*; *de perfidia Judæorum*; *de charitate Dei & proximi*, & alia quædã. *Continuatio* ad Hiſt. Ingulphi primùm edita cum Ingulpho *Oxon.* 1684. f. p. 108. Sæc. XII. ab an. MC.

FOLMARUS, Cœnobii, ut opnor, de petra Stillante, ſeu Trieffenſteinii in Franconia infra Herbipolim præpoſitus, clar. (ſi fas ſit in re obſcura divinare) circ. an. 1160. communem Eccleſiæ hoc Sæculo doctrinam de corpore & ſanguine Chriſti oppugnavit. E. hac de re *Ep.* ad Eberhardum Salzburgenſem Epiſc. item alia, qua opinionem ſuam revocat, una cum aliis aliquot ad Folmarum, vel de illo datis, a Jac. Gretſero editis ad calcem ſcriptor. coætaneorum adv. Waldenſ. *Ingolſt.* 1613. 4°.

MICHAEL, Theſſalonicenſis, Magiſter Rhetorum, & Magnæ Eccleſiæ Protecdicus, clar. circ. an. 1160. damnatus ob Bogimilorum hæreſim, eam ſub vitæ finem revocavit. E. gr. l. *confeſſio brevis* ap. L. Allat. de Conſenſ. l. 2. c. 12. §. ult.

JOANNES, cognom. CINNAMUS, Grammaticus, ſeu Notarius Imperatorius clar. an. 1160. in vivis adhuc an. 1183. E. gr. l. *Hiſtoria Comnenorum Joannis & Manuelis* cum notis Cor. Tollii libris IV. *Trajecti ad Rhen.* 1652. 4°. libris verò VI. cum verſione, no-

Sæc. XII. ab an. MC. tisque historicis & philologicis Caroli du Fresn. *Par.* 1670. f.

Fastredus, Abbas Claræ-vallensis, clar. an. 1161. E. *Ep. de Synodo Tolosana*, in qua rejecto Victore, agnitus est Alexander III. C. T. x. p. 1407.

Joannes Beleth, Rector Scholæ Parisiensis, clar. an. 1162. E. *Rationale divinorum officiorum*, *Antw.* 1553. *Lugd.* 1595. 8°. cum Durando editum.

Arnoldus, Abbas Bonæ-vallis in diœcesi Carnotena, inde *Carnotensis* dictus, vix. adhuc an. 1162. E. *Opp.* omnia hactenus seorsum edita, jam in unum collecta, viz. Tractatus *de novissimis verbis Domini in cruce*; liber *de Cardinalibus Christi operibus usque ad ascensum ejus ad patrem*, Cypriano vulgò tributus; Tractatus *de operibus sex dierum*; *de laudibus B. Virginis*; *Meditationes* nunc primum editæ; ad calcem Edit. Cyprian. *Oxon.* 1682. f. vide quæ B. PP. T. XXII. p. 1281. habentur.

Thomas de Becket, Londinensis, ex summo Angliæ Cancellario ab an. 1162. Archiep. Cantuarienſis, a Sicariis Occisus an. 1171. E. Epistolarum libri 5. nuper editi *Bruxell.* 1682. 4°.

Bonacursus, Mediolanensis, Catharorum Magister, clar. circ. an. 1163. E. *vita Catharorum Hæreticorum* ap. Dacher. T. XIII.

Hugo, Francigena, Monachus Salvanensis, clar. circ. an. 1164. E. Narratio *de Conversione Pontii de Larazio* ap. Baluz. Miscell. T. III. p. 205.

Ale-

Alexius Aristenus, Nomophylax, & Magnæ Eccleſiæ Oeconomus, clar. an. 1166. E. gr. l. *Synopſis Canonum* ap. Chr. Juſtell. Biblioth Jur. Can. T. II. p. 673. & cum notis Beveregii in *Canonum Pandect. Oxon.* 1672. f. Sæc. XII. ab an. MC.

Michael Anchialus, Patriarcha CP. circ. an. 1167. Latinorum adverſarius acerrimus; E. aliquot ejus *Decreta Synodalia* gr. l. Jur. Gr. Rom. l. 3. p. 227. & ex dialogo cum Manuele Comneno Imper. quem adv. Latinos ſcripſit, Frr. ap. L. Allat. de Conſenſ. l. 2. c. 3. p. 526. c. 5, 9. 12.

Pertus de Riga, clericus Rhemenſis, clar. forſan circ. an. 1170. E. *Aurora*, i. e. Biblia carmine reddita, ſed adhuc inedita. vid. Miræi not. ad Henricum Gand. c. 22.

Petrus Comestor, ſeu *Manducator*, patria Trecenſis, ibidemque Decanus, Canonicus B. Mariæ Pariſ. O. A. Hiſtoriæ Scholaſticæ Magiſter, clar. an. 1170. ob. an. 1190. ſive ut alii, 1198. E. *Hiſtoriæ Scholaſticæ* libri XVI. *Argent.* 1483. 8°. *Lugd.* 1543. 8°. *Sermones* XLIV. MSS. E. in Biblioth. Lambethana f. n. 176.

Theorianus, Græcus, Emanuelis Comneni legatus ad Armenos, ad diſputandum pro fide miſſus, an. 1170. E. gr. l. *Dialogus cum Catholico Armenorum, Baſil.* 1578. 8°. & in Auct. gr. l. *Par.* 1624. T. I.

Simeon, Magiſter & Logotheta, Alexio Ariſt. Suppar, clar. circ. an. 1170. E. gr. l. *Epitome Canonum* ap. Chr. Juſtell. Biblioth. Jur. Can. T. II. p. 710.

Sæc. XII. ab an. MC. Godefridus, patria Viterbienſis, Preſbyter, trium Imperatorum ſacellanus, & ſecretarius, clar. an. 1170. ob. an. 1186. E. *Pantheon*, ſeu Chronicon univerſale ap. Piſtor. Rerum Germ. T. II.

Saxo, Grammaticus dictus, gente Danus, patria Selandius, Eccleſiæ Cathedralis Röeſcheldenſis præpoſitus, clar. an. 1170. ob. an circiter 1204. E. ſtylo quidem venuſto, & ſupra ſæculi ſortem florido & eleganti *Hiſtoriæ Danicæ* Libri XVI. *Par.* 1514. *Baſ.* 1534 *Francof.* 1576. f. & cum ampliſſimis prolegomenis, notiſq; uberioribus Stephani Stephanii *Soræ.* 1644. f.

Henricus, Rhemenſis Archiep. clar. an. 1170. E. *Epp.* II. de *Cauſa Drogonis Noviom.* ap. Baluz. Miſcell. T. II. p. 228.

S. Hildegardis, S. Ruperti in Monte Abbatiſſa, ſcripſit Libros Revelationum, clar. an. 1170. ob. an. 1180. E. *Revelationum* Libri III. *Col.* 1628. *Epp.* aliaq; opuſcula B. PP. T. XXIII. p. 535.

Joannes Sarisburiensis, Anglus, ab an. 1172. Epiſc. Carnotenſis, ob. an. 1182. E. *Polycratici* Libri VIII. & *Metalogici* Lib. IV. *L. Bat.* 1639. 8°. *Epp.* ad diverſos, & *vitæ S. Thomæ Cantuarienſis Par.* 1611. 4°. aliæ plures una cum Epiſtolis Thomæ Becket, *Bruxell.* 1682. 4°. *Polycraticus* & *Epp.* CCCIII. B. PP. T. XIII. p. 242. de reliquis conſule Baleum & Pitſeum.

Guilielmus, ſeu Gallus, ſeu Germanus, ſeu ut alii, Syrus, ab an. 1175. Tyri Archiep. in Gallias venit an. 1188. de obitu N. L. E. *Hiſtoriarum de Bello S.* Libri XXIII. in Collectione

lectione Bongarſ. Geſtorum Dei per Francos *Hanov.* 1611. f. Tom. I. Sæc. XI. ab an. MC.

Hugo Etherianus, Tuſcus, CP. agens, ſcripſit adv. Græcos, clar. an. 1177. E. lib. *de Regreſſu animarum:* & alter *de proceſſione adv. Græcos*, B. PP. T. XXII. p. 1176. *de regreſſu animarum ab inferis* in Orthodoxogr. p. 1309.

Theodorus Balsamon, patria CP. primus Blachernarum, ex Diacono, Nomophylace, & chartophylace Eccleſiæ CP. factus Patriarcha Antiochenus, clar. an. 1180. vix. uſque ad an. 1203. quo verò obierit N. L. E. gr. l. *Comment. in Canones Apoſt. & conciliorum, Epp. SS. Patrum, Par.* 1620. f. & cum notis Beveregii in *Pandect. Canon. Oxon.* 1672. f. *Comment. in Photii Nomocanonem*, nec-non *collectio Eccleſiaſticarum conſtitutionum*, Paratitla a Leunclavio dicta, gr. l. ap. Juſtell. T. II. p. 789, 1223. plurima item ex ejus ſcriptis habentur Jur. Gr. Rom. l. 2. *Reſponſa* ad Interrog. Patriarchæ Alex. ib. lib. 5. p. 362. *meditata*, ſive *Reſponſa* ad varios Caſus, ib. lib. 7. fere per tot. *Ep. ad Antiochenſes de jejuniis* ap. Coteler. Monument. T. II. p. 492.

Richardus, natione Anglus, Prior Hagulſtadenſis, clar. an. 1180. ob. 1190. E. *Hiſtoria de ſtatu & Epiſcopis Hagulſtadenſis Eccleſiæ; Hiſt. de geſtis Regis Stephani, & de bello Standardii* inter Scriptores X. *Lond.* 1652. p. 285.

Lucius III. antea *Humbaldus*, natione Tuſcus, patria Lucenſis, ex Epiſcopo Oſtienſi, ab an. 1181. Papa, ob. an. 1185.

Sæc. XII. ab an. MC. E. *Epp.* II. & *Decretum* C. T. x. p. 1735.

Petrus, Gallus, ex Abbate primum Cellenſi, deinde Rhemenſi ab. an. 1182. Carnotenſis Epiſc. ob. an. 1187. E. Epiſtolarum cum notis Sirmondi libri IX. *Par.* 1613. 8°. & Opuſcula omnia, viz. liber *de panibus*; *Moſaici Tabernaculi expoſitionis myſticæ* libri II. *de Conſcientia* liber, una cum prædictis Epiſtolis, habentur B. PP. Tom. XXIII. p. 636.

Gaufridus, natione Gallus, Monachus Lemovicenſis, dein Prior Voſienſis, clar. an. 1183. E. ejus *Chronica* ap. Labb. Biblioth. Nov. MSS. T. II. p. 279.

Joannes Phocas, Creta Oriundus, Preſbyter Uxoratus, poſtea Monachus factus, clar. an. 1185. E. gr. l. *Deſcriptio locorum inter Antiochiam & Hieroſolym.* &c. ap. L. Allat. in *Symmict.* Part. I. *Col.* 1653. 8°.

Urbanus III. *Lambertus* antea dictus, domo Mediolanenſis, ex ejuſdem civitatis Archiepiſcopo ab an. 1185. Papa, ob. an 1187. E. *Epp.* V. C. T. x. p. 1742.

Gregorius VIII. *Albertus* priùs appellatus, patria Beneventanus, O. B. ab an. 1187. Papa, ob. eodem an. poſt dies 57. E. *Epp.* III. C. T. x. p. 1748.

Clemens III. *Paulinus* antea dictus, patria Romanus, ab an. 1188. Papa, ob. an. 1191. E. *Epp.* VII. C. T. x. p. 1753.

Neophytus, Presbyter, Monachus, & incluſus, clar. an. 1190. E. gr. l. liber *de Calamitatibus Cypri* ab Anglis captæ, ap. Cotelet. Monument. T. II. p. 457.

Eli-

Sæc. XII. ab an. mc.

Elias de Coxida, Flander, O. Ciſt. Abbas Dunenſis, clar. an. 1190. ob. an. 1203. E. *Sermones* II. ap. Car. du Viſch. de ſcript. Ciſt. p. 90.

Cælestinus III. patria Romanus, *Hyacinthus* dictus, S. Mariæ Diaconus Cardinalis, ab an. 1191. Papa, ob. an. 1198. E. *Epp.* XVII. C. T. X. p. 1768. *Ep. una* ap. Baluz. Miſcell. T. II. p. 241.

Stephanus, ex Abbate Pariſienſi S. Genovefæ, Epiſc. Tornacenſis, clar. an. 1193. ob. 1203. E. *Epp.* CCXL. *Par.* 1611. *Ep.* ad Willelmum Epiſc. Rhemenſem ap. Baluz. Miſcell. T. I. p. 420.

Georgius Xiphilinus, ex magno Sceuophylace, ab an. 1194. uſque ad an. 1199. Patriarcha CP. E. gr. l. Decretum *de juribus Territoriorum* Jur. Gr. Rom. l. I. p. 283.

Joannes, Epiſc. Lyddenſis, clar. an. 1194. E. *Ep.* ad Michaelem Patriarcham Hieroſolymitanum electum ap. Baluz. Miſcell. T. II. p. 242.

Radulphus de Diceto, Anglus, Eccleſiæ B. Pauli Londinenſis Decanus, clar. an. 1197. E. tum *Abbrevationes chronicorum* tum *imagines Hiſtoriarum* inter Scriptores X. *Lond.* 1652.

Joannes Brompton, Anglus, Abbas Jornallenſis (ſi modo is auctor fuerit, de quo dubitant eruditi) clar. circ. an. 1198. E. ejus *Chronicon* inter Script. X. *Lond.* 1652.

Nicolaus patria Hydruntinus, a quibuſdam *Magiſter Hydruſſæ* dictus, clar. circ. an. 1198. & deinceps; & ſub Nicolao III. Papa interpretis officio functus eſt. plures adv. La-

Sæc. XII. ab an. MC. Latinos dialogos ſcripſit, de quibus L. Allat. de Conſenſ. l. 2. c. 13. §. IV. E. Frr. ibid. l. 1. c. 22. l. 2. c. 13. lib. adv. Hotting. c. 3, 19, 20.

INNOCENTIUS III. antea *Lotharius*, Comes Signinus, patria Anagninus, ab an. 1199. Papa, ob. an. 1216. E. *Commentarius* in VII. *Pſalmos pœnitentiales*, *Ven.* & *Col.* 1578. f. *de contemptu Mundi* libri III. *Par.* 1592. *Col.* 1681. 12°. *Sermones de Tempore & ſanctis*, *Col.* 1578. f. *Epiſtolarum* lib. XI. *cum ejuſdem Innocentii geſtis*, *&c.* Steph. Baluzius in unum collegit, magnam partem primus edidit, reliqua emendavit. 2. Tom. *Par.* 1682. f. *Ep. pro Eccleſia Albienſi* ap. Baluz. Miſcell. T. IV. p. 467. videſis Lud. Jacob. Biblioth. Pontif. l. 1. p. 118.

ROGERUS de HOVEDEN, Anglo-Eboracenſis, illuſtri familia ortus, primarius Theologiæ Profeſſor Oxonienſis, vivebat adhuc an. 1199. quò hiſtoriam perduxit. E. *Annalium pars prior & poſterior*, *Lond.* 1595. *Francof.* 1601. f.

JOANNES CAMITERUS, ex Diacono & Chartulario, ab an. 1199. Patriarcha CP. ſedit tempore CP. a Latinis captæ, ob. an. 1206. E. gr. l. Decretum *de nuptiis Conſobrinorum* Jur. Gr. Rom. l. 4. p. 285.

SÆC.

Sæculum Scholasticum.

Conſpectus Sæculi.

Sæc. XIII. ab an. MCC.

CAptâ a Latinis Conſtantinopoli an. MCCIV. miſerè diſſipatur Græcorum Eccleſia, uſque ad an. MCCLX. quo urbs Latinis eripitur. an. MCCXV. in Concilio Lateranenſi IV. Tranſubſtantiationis dogma ſtabilitur, damnantur Abbas Joachim, & Almericus Carnotenſis, Doctor Pariſienſis (& ipſe quidem poſt mortem exhumatus & exuſtus) aliaque in hæreticos, & eorum fautores decernuntur, etiam ſubditis eorum a fidelitatis vinculo abſolutis, & ditionum jure in Occupantes tranſlato. Theologia Scholaſtica ſuperiori Sæculo introducta, primas in Eccleſia tenet, & latè ſua protendit pomœria, unde huic ævo titulum fecimus: in Scholis Ariſtotelica philoſophia unicè dominatur, quin & in ipſam theologiam exercet imperium. Collegium Sorbonicum Pariſienſe, autore *Roberto de Sorbona*, fundatum an. MCCLIII. Concordiam inter Græcos & Latinos in Concilio Lugdunenſi II. an. MCCLXXIV. tentatam, finita Synodo rejiciunt Græci, nequicquam contranitente tum Imperatore Michaele Palæologo, tum cum ſociis ſuis Joanne Vecco. Judæi ob ex-

Sæc. XIII. ab an. MCC. execrabilem uſuram, pueros, ut dicitur, circumciſos, quin & crucifixos, aliaque nefanda ſcelera ex pluribus Occidentis provinciis ejiciuntur, ex Anglia an MCCXC. ex Gallia an. MCCXCV. ex aliquot Germaniæ urbibus an. MCCXCVIII. Tot expeditiones pro recuperanda Terra Sancta mutuis Chriſtianorum diſſidiis fruſtra hactenus ſuſceptæ, exeunte hoc Sæculo penitùs deſinunt.

SCRIPTORES.

SYLVESTER GIRALDUS, Cambro-Britannus, a Patre *Barrius* dictus, ex Archidiacono Brechenienſi ab an. 1200. electus Epiſc. Menevenſis, plures annos deinceps vix. ſed quando obierit N. L. E. *Topographia Hiberniæ, Hibernia expugnata, Itinerarium Cambriæ* lib. 2. inter Hiſtoricos Anglic. Normanicos, &c. *Francof.* 1602. f. adiſis Uſſerii *Epp. Hibern.* p. 114. ejuſque in eaſdem notas.

GUILIELMUS, cognom. PARVUS, Anglus, Bridlingtonæ in agro Eboracenſi natus, Cœnobii Neuburgenſis (inde illi *Neuburgenſis* nomen) O. Aug. Canonicus, clar. an. 1200. etiam ante plures annos clarus, quippe qui natus eſt an. 1136. obiiſſe volunt an. 1208. E. *Hiſtoriæ Anglicæ* libri v. cum notis Joan. Picardi, *Par.* 1610. 8°.

GERVASIUS, Anglus, O. B. Monachus Cantuarienſis, clar. an. 1200. E. Tractatus *de Combuſtione Eccleſiæ Dorobernenſis*; *de diſcordiis inter monachos, &c. vitæ Archiepiſcoporum Dorobernenſium*; & *chronica* inter x. ſcriptor. *Lond.* 1652.

HER-

Hervardus, Archidiaconus Leodicenſis, clar. circ. an. 1200. E. *Ep.* de Guiberto Gemblacenſi ap. Mabill. *Analect.* T. II. p. 536. Sæc. XIII. ab an. MCC.

Joachimus, Calaber, Cœnobii Florenſis Fundator & Abbas, vix. an. 1200. & pro Propheta habitus eſt. E. *Comment. in Eſaiam, Ven.* 1519. *in Hieremiam* ib. 1519. *Col.* 1577. *Concordia V. & N. T. Ven.* 1519. 4°. *Vaticinia de Romano Pontifice* una cum figuris & notis ap. *Wolf.* Mem. Lect. T. I. p. 444. & *Francof.* 1608. qui plura vult, adeat Car. de Viſch. *de ſcript. Ciſterc.* p. 172.

Nicetas Maroniæ, ex Magnæ Eccleſiæ Chartophylace, Archiep. Theſſalonicenſis, Latinis paulò faventior, clar. circ. an. 1200. de ejus ſcriptis videndus L. Allat. de conſenſ. lib. 2. c. 13. E. Frr. ap. eundem libro adv. Hotting. c. 19. p. 467. *Reſponſio* ad interrogata Baſilii Monachi Jur. Gr. Rom. l. 5. p. 345.

Thomas, O. Ciſtercienſis monachus, clar. circ. an. 1200. ſcripſit ad Pontium Claromont. Epiſc. *comment. in Cantica Canticorum.* E. *Par.* 1521. *Lugd.* 1571. vid. Car. de Viſch. Biblioth. Ord. Ciſterc. p. 310.

Michael Acominatus, Choniata, natione Phryx, Nicetæ frater natu major, Athenarum Metropolita, clar. an. 1204. jam tum Senex, E. Lat. *Oratio funebris in mortem fratris* cum *Opp.* Nicetæ Lat. *Par.* 1566. *Francof.* 1568. f. B. PP. T. XXV. p. 180. Frr. gr. lat. ap. L. Allat. libro adv. Hotting. p. 197.

Ni-

Sæc. XIII. ab an. MCC.

Nicetas Acominatus, a patria dictus *Choniates*, prædicti Michaelis frater, M. Logotheta ſecretorum, Inſpector & Judex veli, S. Cubiculi Præfectus, vix. an. 1205. E. gr. *Annales* cum notis Wolfii, *Genev.* 1593. 4°. quibus acceſſit Fabrotti gloſſarium Græcobarbarum in editione Pariſienſi, 1647. f. Lat. *Theſaurus Orthodoxæ Fidei* libri v. *Par.* 1580. *Genev.* 1592. 8°. B. PP. T. xxv. p. 54. totum opus libris xv. conſtans E. græcè MSS. in Bibliotheca Bodleiana, quod utinam aliquando obſtetricante prelo Sheldoniano in lucem prodeat.

Guillielmus de Seliniaco, ab an. 1206. Epiſc. Antiſiodorenſis, deinde Pariſienſis, ob. an. 1223. E. *Summa Theologica*, *Par.* 1500.

Stephanus Langtonus, Anglus, Cardinalis, & ab an. 1206. Archiep. Cantuarienſis, ob. an. 1228. E. Libellus *de Tranſlatione B. Thomæ Cantuarienſis* ad calcem Epiſtolarum Tho. Becket nuper edit. *Bruxell.* 1682. 4°. *Ep.* ad R. Joannem ap. Dacher. T. III. inedita dabunt Baleus, Pitſeus, Jameſius, alii.

Hugolinus, Oſtienſis & Velitrenſis Epiſc. clar. an. 1207. E. *Ep.* ad Velitrenſes, &c. pro conſervanda pace cum Nymphanis ap. Baluz. Miſcell. T. II. p. 248.

Rodericus Ximenius, natione Vaſco, ab an. 1208. Archiep. Toletanus, ob. an. 1245. E. *de rebus Hiſpaniæ* lib. IX. item *Hiſtoria* Oſtrogothorum, Arabum, &c. Hiſpaniæ illuſtratæ T. II.

S. Fran-

S. Franciscus, Aſſiſii in Umbria natus, O. M. Fundator, clar. ab an. 1208. ob. an. 1226. E. *Opp.* omnia, viz. *Epp.* XVI. *Admonitio ad fratres*; *verba ad humilitatem, &c. inducentia*; *de virtutibus S. virginis*; *de vera & perfecta Lætitia*; *expoſitio in Oration. Domin. Laus Dei Altiſſimi*; *Orationes* ſeu precationes variæ; *Teſtamentum*; *Regulæ* aliquot; *Collationes* XXVIII. *officium paſſionis Domin. Canticum ſolis*, & quædam alia; ad finem ſubduntur opuſcula dubia. E. hæc *Opp. Par.* 1641. f. Sæc. XIII. ab an. MCC.

Arnoldus, ex Præpoſito Hildeſemenſi Abbas Lubecenſis, clar. an. 1209. E. *Continuatio* Helmoldi cum eo edita *Lubec.* 1659. 4°. ſupplementa habentur ap. H. Meibomium in opuſculis Hiſt. *Helmſt.* 1660. 4°. a p. 568.

Gervasius Tilberiensis, Anglus, Henrici II. Regis nepos, & Mareſcallus Arelatenſis, clar. an. 1210. E. *Chronicon* de Imp. Rom. Gothorum, &c. regnis, a Madero edit. an. 1673. forſan idem cum illo, quod *Otia Imperialia* inſcripſit.

Gualterus Mapes, Anglus, Henrici II. Regis clericus, Archidiac. Oxonienſis, clar. an. 1210. vir admodum feſtivi ingenii. E. Rhythmi *de corrupto Eccleſiæ ſtatu*, ap. Wolf. Mem. Lect. T. I. p. 430. plura latent MSS.

Guntherus, Monachus Pariſienſis prope Baſileam, O. C. vix. circ. an. 1210. E. *Hiſtoria CP. a Latinis captæ* ap. Caniſ. T. V. p. 358.

Ro-

Sæc. XIII. ab an. MCC.

Robertus de Monte, patria Normannus, Abbas montis Navalis in Normaniam, scripsit an. 1210. (sunt qui cum Roberto de monte Michaelis, Abbate itidem Normanno, qui clar. circ. an. 1158. malè confundunt.) E. *continuatio Chronici Sigeberti Gemblacensis* ab an. 1112. ad an. 1210. *Antw.* 1608. & alibi. sed in appendice ad opera Guiberti a Dacherio edita, E. ab eo scripta, *Ep.* una p. 715. *prologus in abbreviationes Epistolarum Apostoli secundum Augustinum* p. 716. *accessiones ad Sigebertum* p. 717. *Appendix germana ad Sigebertum hactenus inedita*; *Tractatus de immutationibus monachorum, de Abbatibus, &c. Normanniæ* p. 811. memorat Cl. Vossius (a) libros VII. *de Bello sacro Christianorum principum Basileæ* editos. Verùm editionis annum non notat.

(a) *De Hist. Lat. lib. 2. c. c. 55. p. 447.*

Willierandus ab Oldenburg, Canonicus Hildesamensis, vix. circ. an. 1211. de obitu N. L. E. *Itinerarium terræ Sanctæ* (quam diligenter lustraverat) ap. L. Allat. in *Symmict.* Part. 1. p. 104. *Col.* 1653. 8°.

Helinandus, Gallus, Montis Frigidi Monachus, vix. an. 1212. scripsit Historiam ab O. C. aliaque; quæ an. E. saltem edita sint, nondum comperi.

Conradus a Lichtenau, O. Præm. ab an. 1215. Abbas Urspergensis, ob. an. 1240. E. *Chronicon* a temporibus Nini ad an. Chr. 1229. *Argentor.* 1537, 1609. f.

Manuel Charitopulus, ab an. 1216. Patriarchia CP. locum dedit Germano an. 1222. E. gr. l. *Solutiones quarundam quæstionum* Jur. Gr. Rom. l. 3. p. 238.

Ho-

Sæc. XIII. ab an. MCC.

Honorius III. antea *Centius Sabellius*, patria Romanus, ex Eccleſiæ Romanæ Camerario ab an. 1216. Papa, ob. an. 1227. E. *Epp.* VI. C. T. XI. Part. I. p. 242. *Epp.* III. ap. Baluz. Miſcell. T. II. p. 252.

Jacobus de Vitriaco, Gallus, Argentolii propè Pariſ. Presbyter, dein in monaſterio de Oegnies Canonicus regularis, deniq; Epiſc. primum Aconenſis in Palæſtina; dein Tuſculanus,& Cardinalis, clar. an. 1220. ob. an. 1244. E. *Hiſtoria Orientalis & Occidentalis* libri III. *Duaci*, 1597. 8°. & excepto libro ſecundo, qui de rebus agit Occidentalium, ap. Bongarſium *in Geſt. Dei per* Fr. T. II. p. 1047. *Ep.* ad familiares ſuos in Lotharingia *de capta Damiata* ibid. p. 1146. *Conciones in Evangelia & Epp. totius anni, Antw.* 1575. *vita B. Mariæ Ogniacenſis* libris II. ap. *Sur.* Jun. XXIII.

Antonius de Padua, quia in ea urbe vixit & mortuus eſt, natione Luſitanus, O. M. clar. an. 1220. ob. an. 1231. E. *Opuſcula* una cum *Opp.* S. Franciſci, *Par.* 1641. f. & ſunt, quæ ſequuntur: *Sermones Dominicales Adventus, &c. Sermones de ſanctis; expoſitio myſtica in S. Scripturam; Concordantiarum Moralium in S. Biblia* libri V.

Germanus II. Anaplo Propontidis ortus, monachus, ἀπὸ συνέτου, καὶ ἀρέσῃ καὶ λόγῳ ϑ' Cλυκομήσας, inquit Niceph. Gregoras (*a*), ab an. circ. 1222. Patriarcha CP. depoſitus an. 1240. iterumque reſtitutus an. 1254. ob. forſan an. ſeq. E. gr. l. *Epp.* II. ad Cyprios ap. Coteler. Monument. T. II. p. 462. & *Decreta* aliquot Jur. Gr. Rom. l. 3. p. 232. Hujus

(*a*) *Hiſt. Rom.* l. 3. p. 39.

Sæc. XIII. ab an. MCC.

etiam, ut videtur, est Oratio *in exaltat. Venerandæ Crucis, & adv. Bogomilos*, quæ habetur gr. l. ap. Gretser. T. II. p. 1237. *in vivificam crucem Dominica* III^a. *jejuniorum*, ibid. p. 1413. altera *in tempore medii jejunii* p. 1427. IV^a. *in primam jejuniorum Dominicam, & in S. imaginum restitutionem* ib. p. 1224. vixit enim hic Germanus non modo post natum Bogomilorum hæresim, sed & post schisma exortum inter Græcos & Latinos, & post bella inter Italos & Imperatores CP. orta, ut recte notat Gretserus (a). Lat. *Epp.* II. ad Gregor. Papam & Cardinales ap. Matth. Paris ad an. 1237. de scriptis ejus ineditis videsis L. Allat. de Consens. l. 2. c. 14. §. 3. conf. quæ E. ap. Combef. Auct. Nov. T. I. p. 1411.

(a) *In Annot. ibid. p.* 2722.

Jordanus, natione Saxo, de Villa Borterge, O. D. Monachus, Lector Parisiensis, dein Ordinis sui Magister Generalis, clar. an. 1226. ob. an. 1236. E. *Corona Virginis Mariæ*, tum alibi, tum *Placentiæ* an. 1599. 12°. de ineditis vid. Ambr. de Altamura Biblioth. Dominic. p. 6.

Gregorius IX. priùs *Hugolinus*, patria Anagninus, Comes Signinus, ex Episc. Ostiensi, ab an. 1227. Papa, ob. an. 1241. E. *Epp.* XXXI. & *Decreta* plurima C. T. XI. Part. I. p. 310. & *Epp.* II. Part. II. p. 2345. *Opp.* omnia *Antw.* 1572.

Joannes Algrinus, Abbavillanus, ex Archiep. Bisontino an. 1227. Cardinalis, & Episcopus Sabinensis, scripsit an. 1233. E. *Comment. in Cantica*, *Par.* 1521.

Guil-

Sæc. XIII. aban. nec.

Guilielmus, patria Arvernus, ab an. 1228. Parisiensis Episc. ob. an. 1249. E. *Opp.* omnia, viz. *de fide*; *de legibus*; *de virtutibus*; *de moribus*; *de vitiis & peccatis*; *de tentationibus & resistentiis*; *de meritis*; *de retributionibus Sanctorum*; *de immortalitate animæ*; *de rhetorica divina*; *de Sacramentis in generali*; *de baptismo*; *de confirmatione*; *de SS. Eucharistia*; *de pœnitentiæ Sacramento*; *de ordine*; *de extrema unctione, & sacramentalibus*; *de causis cur Deus homo*; *de pœnitentia*; *de universo primæ partis principalis Partes* III. *de universo secundæ partis principalis Partes* III. *omnia hæc recognita prodierunt* 2. Tom. *Ven.* 1591. f. auctior vero editio prodiit 2. vol. *Par.* 1674. f. *Dialogi* VII. *de Sacramentis* falsò nomen ejus præferunt, Guilielmo cuidam Parisiensi juniori tribuendi. vid. Raynaud. de bon. & mal. libr. Erotem. x. p. 141.

Raymundus de Pennaforti, Barcinonensis, ex Regum Aragonensium stemmate ortus; O.P. Gregorii IX. Pœnitentiarius, clar. ab an. 1228. Ordinis sui Generalis factus an. 1238. elapso verò biennio se abdicavit. ob. an. 1275. prope Centenarius. E. libri V. *Decretal. ab eo digesti*; *Summa de Casibus*, *Rom.* 1603.

Alexander de Hales, Anglus, O.M. *Doctor irrefragabilis*, clar. an. 1230. ob. an. 1245. E. *Comment. in Psalmos* Hugoni de S. Caro tributi, *in Apocalypsim*, *Par.* 1617. f. *Summa Theologiæ*, *Ven.* 1576. *Col.* 1622. *Quæstiones in sententias Lugd.* 1515. IV. Tomis; *Summa de virtutibus*, *Par.* 1509.

Sæc. XIII. ab an. MCC.

David de Augusta, quia Auguſtæ Vindelicorum natus, O. M. Monachus, clar. circ. an. 1230. in urbe natali ſepultus, quo anno N. L. E. *Opuſcula pia & devota* B. PP. T. XXV. p. 867.

Conradus de Marburch, Germanus, Magiſter & prædicator inſignis, & D. Elizabethæ Thuringiæ Landgraviæ a ſacris confeſſionibus, clar. an. 1230. E. liber *de vita & miraculis* ejuſdem *Elizabethæ* (quem Gregorio IX. an. 1232. obtulit) ap. L. Allat. in Symmict. Part. I. p. 269.

Petrus de Vineis, Germanus, rectius fortaſſe Italus, Cancellarius Imperatoris Friderici II. (cujus jura adv. Pontificis Romani uſurpationes ſtrenuè propugnavit) clar. circ. an. 1230. E. *Epiſtolarum* libri VI *Hagen.* 1566. *Amberg.* 1609. 8°.

Mauricius, Archiep. Rothomagenſis, clar. an. 1231. E. *Epp.* V. ap. Dacher. T. III.

Franciſcus Petrarcha, Florentinus, Archidiac. Parmenſis, & Canonicus Patavinus, clar. an. 1350. ob. an. 1374. E. *Opp.* ejus, viz. *de vitâ Solitaria lib.* II. *de remediis utriuſque fortunæ* lib. II. *de contemptu mundi*; *de vera ſapientia* Dialogi II. *de rebus memorandis* lib. III. *contra medicum objurgantem* lib. IV. *Epiſtolarum lib.* IX. *Ep. ad Carolum* IV. *de ſtudiorum ſuorum ſucceſſibus*; VII. *Pſalmi pœnitentiales*; *Epitome illuſtrium virorum*; E. hæc (ut poetica jam mittam) *Baſ.* 1496. & cum poematiis Italice ſcriptis, ib. 1581. f.

Joannes Becanus, ſive de Beka, Canonicus Ultrajectinus, Hiſtoricus inſignis, quippe qui ſua ex publicis actis & monumentis hauſit, clar. an. 1350. E. *Chronicon Eccleſiæ & Epiſcoporum Ultrajectenſium*, *Comitumque Hollandiæ* ad an. uſque 1346. una cum *Guilielmi Heda* præpoſiti Arnhemienſis hiſtoria, & notis Bernardi Furmerii, *Franek.* 1611. 4°. ſed multis mendis ſcatet hæc editio; auctior multò & emendatior, quæ cum Arnoldi Buchellii notis hiſtoricis, & duplici Appendice Lamb. Hortenſii, & Suffridi Petri prodiit *Ultraject.* 1643. f.

Albericus de Rosate, JC. Bergomenſis, vix. circ. an. 1350. E. *Comment. in libros* VI. *Decret.* &c. in *Tractatu Tractat.* item *Dictionarium juris civilis & canonici*, *Ven.* 1573, 1601.

Ni-

Nicolaus Cabasilas, Nili Theſſalonicenſis nepos, & in eadem ſede ſucceſſor, clar. circ. an. 1350. Latinis adverſarius. E. gr. l. *Expoſitio Liturgiæ* Auct. PP. gr. l. T. II. p. 200. de aliis ſcriptis ejus vid. L. Allat. de conſenſ. l. 2. c. 18. §. 9. Sæc. XIV. ab an. MCCC

Gregorius Acindynus, Monachus Græcus, cauſæ latinorum hoſtis, clar. circ. an. 1350. E. Frr. II. ap. L. Allat. *de Conſenſ.* l. 2. c. 16. §. 3. Carmen Iambicum *de hæreſibus Greg. Palamæ* græcè ap. L. Allat. *Græc. Orthod.* T. 1. a p. 756. ad p. 770.

Joannes Thaulerus, Germanus, O. Præd. vix. forſan an. 1350. E. *Opp.* ejus ex lingua Germanica a L. Surio Latinè verſa. *Col.* 1548. viz. *Conciones de tempore*; *de ſanctis*; *de veris virtutibus, inſtitutionibuſque divinis*; *Epp. piæ*; *prophetiæ de plagis noſtri temporis*; *Cantica deum amantis*; *de* IX. *rupibus, ſive gradibus Chriſtianæ perfectionis*; *ſpeculum luciduſſimum, & exemplar Domini noſtri*; *Convivium M. Echardi jucundum & pium*; *Colloquium Theologi & Mendici*; *Oratio præparatoria ad mortem*; *præparationes* IV. *notabiles ad mortem fœlicem*; *alia de eadem re*; *de* X. *cæcitatibus, &* XIV. *divini amoris radicibus.*

Innocentius VI. *Petrus* antea dictus, patria Lemovicenſis, ab an. 1352. Papa, ob. an. 1362. E. *Epp.* II. C. T. XI. Part. II. de celebrandis Feſtis S. Auguſtini, & S. Edwardi Regis in Anglia, ib. p. 1930.

Gregorius Palamas, genere Aſianus, regnante adhuc Andronico juniore clarus, tandem ex Monacho Montis Athos Epiſc. Theſſalonicenſis, ab Iſidoro Patriarcha CP.

Sæc. XIV. ab an. MCCC

Imperatoris Cantacuzeni jussu consecratus, circ. an. si recte conjicio, 1354. sed a Præfectis non admissus, sedem nunquam obtinuit. sæpius a factione Barlaamitica condemnatus est; qua de re videatur Tomus prolixus, qui gr. l. habetur apud L. Allat. de Consens. l. 2. c. 16. §. IV. & Sermo Patriarchalis, ibid. §. V. E. græcè λόγοι ἀποδεικτικοὶ duo, de *processione adversus Latinos*, Londini absque anni notatione editi 4°. gr. l. *Refutatio expositionum* ℣. *Vecci* ap. P. Arcudium inter *Opuscula aurea, Rom.* 1630. 4°.

Petrus de Columbario, dictus *Bertrandus junior*, Episc. Ostiensis & Velitrensis, & Card. clar. an. 1355. E. *Iter Romanum* ap. Labb. Bibl. Nov. MSS. T. 1. p. 354.

Nicolaus Eymericus, Catalaunus, O. D. ab an. 1356. Inquisitor generalis, ob. an. 1399. E. *Directorium inquisitorum* cum comment. Fr. Pegnæ, *Ven.* 1595. *Barcinone* 1503. f.

Demetrius Cydonius, Byzantinus, Raph. Volaterrano Thessalonicensis, monachus, clar. an. 1357. ab imperatore Cantacuzeno inter familiares habitus. Deserta patria, Mediolani latinis literis, & Theologiæ operam dedit; tandem erogatis in pauperes bonis, in cœnobio quodam Cretensi vitam traduxit, & cum morte commutavit. E. gr. l. liber *de dogmatibus Gregorii Palamæ*; item, *de processione Spiritus Sancti* ap. Arcud. inter opuscula aurea, *Rom.* 1630. *Oratio deliberativa ad Græcos pro subsidio Latinorum* gr. l. cum notis ap. Combef. *Auct. Nov.* T. II. p. 1221. alia, *de non reddenda Callipoli petente Amu-*

Amurate, ibid. p. 1283. ejusdem etiam forsan est Oratio *de contemnenda morte* gr. l. una cum aliis, *Basil.* 1552. edita. Non pauca e Latinis, & in iis Anselmi Cantuariensis librum de processione Spiritus S. adv. Græcos, græcè transtulit. alia ejus scripta recensent L. Allatius de Consens. l. 2. c. 18. §. 5. R. Volaterran. Comment. lib. 15. p. 537. Possevin. Tom. 1. p. 418. Sæc. XIV. ab an. MCCC

Gregorius de Arimino, ab an. 1357. O. A. Generalis, ob. an. 1358. E. *Comment. in* IV. *lib. Sentent. Ven.* 1503. *de Usuris*, aliaque quædam, *Arim.* 1522.

Alfonsus Vargas, O. A. primò Ussamensis, postea Pacensis Episc. tandem Archiep. Hispalensis, clar. an. 1358. ob. an. 1366. E. *Comment. in lib.* 1. *Sentent. Ven.* 1490.

Nilus, metropolita Rhodius, clar. forsan (neque enim certam ejus ætatem indagare potui) circ. an. 1360. Barlaamo & Acyndino si non ætate par, saltem non diu posterior, desinit enim in Synodo CP. quæ Barlaamum condemnavit. An idem sit Nilus, qui juxta Freheri chronologiam an. 1378. factus sit Patriarcha CP. dicere non habeo. Ex parte eorum stetit, qui Barlaamitas damnarunt tanquam mentientes, modisque omnibus insanientes, καὶ ἀσεβοῦντας μᾶλλον τῶν ἄλλων αἱρετικῶν, ut ipse loquitur. E. tum græcè tum lat. *Enarratio Synoptica de Sanctis & Oecumenicis Synodis* ap. Justell. ad calcem Nomocanonis Photiani, *Par.* 1615. 4°. & ap. Justell. fil. Biblioth. Jur. Can. T. II. p. 1155.

Tho-

Sæc. XIV. ab an. MCCC.

Thomas Stubbs, ſive Stobæus, natione Anglus, patria Eboracenſis, O. D. clar. an. 1360. E. *Chronica Pontificum Eboracenſium* inter Hiſt. Angl. Scriptor. x. *Lond.* 1652.

Joannes Calderinus, Bononienſis, JC. vix. an. 1360. E. *Tabula Bibliorum*, *Spirę*, 1481. *Comment. in Decret. &c.* vid. Labb. T. 1. p. 518.

Georgius Codinus, Curopalata, vix. circ. hoc tempus, viz. an. 1360. Cantacuzeno ferè ſuppar, ut opinatur Gretſerus, mihi N. L. ſunt enim, quæ illum etiam poſt captam CP. vixiſſe, ſuadere videntur. E. liber *de Officiis Eccleſiæ & Aulæ* CP. cum notis Gretſeri gr. l. *Par.* 1625. & cum ampliſſimis Goaris notis ibid. 1648. f. *de Originibus* CP. cum notis Junii, *Heidelb.* 1595. 8°. cum notis Meurſii, *Genev.* 1607. 8°. & cum *forma urbis* CP. *Par.* 1655. f. cui editioni acceſſerunt doctiſſimi Lambecii in antiquitates Cideni Animadverſiones, aliaque plura luce digniſſima.

Callistus, a M. Frehero in Chronologia ſua inter Patriarchas CP. refertur ad an. 1360. nec ultra biennium ſedem tenuit. E. gr. l. *Homilia in exaltationem pretioſæ & vivificæ crucis* ap. Gretſer. T. II. p. 1347. idem Freherus meminit alterius Calliſti Patriarchæ CP. ad an. 1406. hujus an ſuperioris ſit iſta homilia, viderint eruditi.

Maximus Planudes, Monachus Græcus, clar. an. 1360. ante plures annos etiam ab Andronico Legatus Aquileiam miſſus. E. gr. l. Liber contra Latinos *de proceſſione Sp. S.* inter opuſcula aurea a P. Arcudio edi-

ta,

ta, *Rom.* 1630. 4°. S. Auguſtini libros *de Trinitate* græcè vertit; ut de Cæſaris Commentariis, &c. nihil nunc dicam. Ex Oratione ejus in Sepulturam Domini quædam adducit L. Allat. de lib. Eccleſiaſt. Græc. diſſert. 2. p. 257. Sæc. XIV ab annuce

Joannes Ruysbrokius, Belga, O. A. Prior Viridivallenſis, *Doctor Divinus*, clar. an. 1360. ob. an. 1381. E. ejus *Opp.* a Surio latinè verſa, viz. *Summa vitæ Spiritualis*; *ſpeculum ſalutis æternæ*; *in Tabernaculum Moſis*; *de præcipuis quibuſdam virtutibus*; *de fide & judicio*; *de* IV. *tentationibus*; *de* VII. *cuſtodiis Scholæ Spiritualis*; *de* VII. *gradibus amoris*; *de nuptiis Spiritualibus lib.* 3. *de perfectione filiorum Dei*; *regnum amantium deum*; *de vera contemplatione*; *Epp.* VII. *Cantiones* II. *Spirituales*; *de alta contemplatione*; *Oratio brevis*, *Col.* 1552, 1609. 4°.

Nicolaus Oresmius, ſive Orem, Normannus, Decanus Rotomagenſis, clar. an. 1361. tandem factus Epiſc. Lexovienſis. E. *Sermo coram Urbano* V°. & Cardinalibus habitus ap. Catal. Teſt. verit. p. 512. aliorum aliquot, quæ non ſunt hujus loci, ut & ineditorum benè longum Catalogum texit J. Launoius Hiſt. Gymnaſ. Navarr. T. II. p. 458. Tractatus *de mutatione monetarum* habetur B. PP. T. XXVI. p. 226.

Urbanus V. paterno nomine *Guillelmus Griſant* appellatus, natione Gallus, ex Abbate Maſſilienſi ab an. 1362. Papa, ob. an. 1370. E. Conſtitutio *de pluralitate Beneficiorum* C. T. XI. Part. II. *Epp.* III. ib. p. 1957, & 2033.

Hen-

Sæc. XIV. ab an. MCCC

Henricus, Germanus, Monachus Rebdorfienſis, clar. an. 1362. E. *Annales* ab an. 1295. ap. Freher. Script. Germ. T. I. p. 411.

Philotheus, ex Heracleenſium Metropolita, ab an. 1362. uſque ad an. 1375. Patriarcha CP. E. gr. l. Sermo *Enconiaſticus* III. *Doctorum, Baſilii, Naz. & Chryſoſt.* Auct. B. PP. T. II. p. 313. Frr. ap. L. Allat. libro *de Purgat.* p. 770. & de *libris Eccleſ. Græc.* p. 218. *Refutatio Anathematiſmorum*, ap. Harmenopul. Jur. Gr. Rom. l. 4. p. 288. Oratio *de cruce* ap. Gretſer. T. II. p. 1255. alia *in tertiam jejuniorum Dominicam* ib. p. 1477.

S. Brigitta, Nobilis Sueca, viſionibus, & Revelationum libris clara. clar. an. 1362. ob. an. 1373. E. *Regula* & *Libri Revelationum* cum variis annotationibus Tom. II. *Rom.* 1628. f.

Bernardus cognom. Dapifer, Melicenſis in Auſtria monachus, clar. an. 1362. E. *Hiſtoria B. Gothalmi* ap. Lambec. de Bibl. Vindobon. T. II. p. 618. vid. *Hallervord.* Spicil. de Hiſt. Lat. p. 43.

Philippus Ribottus, O. C. Provincialis in Catalaunia, vixiſſe dicitur an. 1365. E. libri X. *de inſtitutione & geſtis Carmelitarum, Ven.* 1507.

S. Catharina, Senenſis, monialis O. D. virgo lectiſſima, clar. an. 1366. ob. 1380. E. *Dialogi, Col.* 1601. *Ingolſt.* 1583. *Ven.* 1611. 8°. *Ep.* 364. *Ven.* 1506. f. elogium ei dicavit Ambr. de Altamura Bibl. Domin. p. 138.

L. Co-

L. Colucius Salutatus de Stignano, Florentinorum Cancellarius, clar. an. 1368. E. *Epp.* III. ap. Baluz. Miſcell. T. IV. p. 510. Sæc. XIV. ab an. MCCC

Gerardus Magnus patria Daventrienſis, Canonicus Ultrajectinus, & Aquiſgranenſis, clericorum vitæ communis inſtitutor, clar. an. 1370. ob. an. 1384. E. *Opuſcula* III. viz. *proteſtatio de veridica prædicatione*; *concluſa & propoſita*; & *de ſtudio Sacrorum librorum*, cum *Opp.* Tho. a Kempis edi ſolita. quæ adhuc lateant MSS. indicabit Miræus Auct. c. 444.

Joannes Wiclef, Anglus, acer Papiſmi oppugnator, clar. an. 1370. ob. 1387. E. *Opuſcula* quædam Anglicè: ſcripta ejus pæne infinita recenſet Baleus (*a*); plures ejus Tractatus tum latinè tum Anglicè ſcriptos adhuc ineditos extare in Biblioth. Collegii Bened. ap. Cantabrigenſes, alibique teſtatur Tho. Jameſius (*b*). *Concluſiones* ejus habentur inter Epiſtolas Gregorii XI. C. T. XI. Part. II. p. 2041. *Articuli* ex ejus *Trialogo* excerpti, & in Synodo Londinenſi damnati ib. p. 2080.

(*a*) *Cent. 6. c. 1.*

(*b*) *Eclog. Oxonio-Cantabr. lib. 2. p. 58.*

Gregorius XI. *Petrus Bellifortis* vocatus, patria Lemovicenſis, decimo ſeptimo ætatis anno Cardinalis factus, ab an. 1370. Papa, ob. an. 1378. E. *Epp.* V. C. T. XI. Part. II. p. 2037.

Philotheus Achillinus, (quem ſub mentito nomine Philippum Mæſerium, Equitem, ex regni Cypri Cancellario Gregorii XI. Papæ conſiliarium, demum Caroli V^i. Francorum Regis Domeſticum fuiſſe Gol-

Sæc. XIV. ab an. MCCC

Goldaſtus ſuſpicatur) Conſiliarius Regius, vix. an. 1370. E. *Somnium viridarii de Poteſtate Regia & Sacerdotali* ap. Gold. Monarch. T. 1. p. 58. prodiit primùm, ſed mendosè, *Par.* 1516.

Bartholomæus Albierus, patria Piſanus, O. M. clar. an. 1370. ob. an. 1380. E. *Conformitates B. Franciſci cum vita Chriſti, Mediol.* 1510. f. *Bonon.* 1590. lib. VI. *de vita & laudibus B. Mariæ Virg. Ven.* 1596.

Bonaventura, Patavinus Eremit. O. Aug. Generalis factus an. 1377. Cardinalis, an. 1385. Franciſci Carrarienſis principis Patavini inſidiis per ſagittam ex occulto miſſam occiſus an. 1389. E. *Speculum B. Mariæ, Auguſt.* 1476. *in lib.* IV. *Sentent.* & *Meditationes de vita Chriſti*: de quibus Miræus (*a*). De aliis agit Joſ. Pamphilus Chron. Ord. Erem. S. Aug. p. 67. fac. 2.

(*a*) *Auct.* c. 442.

Matthæus, vulgo Florilegus, Anglus, Monachus Weſtmonaſterienſis, O. B. clar. an. 1377. E. *Flores Hiſtoriarum, Lond.* 1567. *Francof.* 1601. f.

Urbanus VI. Neopolitanus, Archiep. Barenſis, ab an. 1378. Papa, ob. an. 1389. E. *Epp.* IV. C. T. XI. Part. II. p. 2045. adiſis etiam *Bullar.* E. *Formulæ precum, Diling.* 1567.

Albertus de Argentina, Germanus, Magiſter ſeu Doctor, & fortaſſis Presbyter, clar. an. 1378. E. *Chronicon* ejus integrum ap. Urſtiſ. Script. Germ. T. II.

Gui-

Sæc XIV. ab an. MCCC

Guilielmus Thorn, Anglus, O. B. Monachus Cantuarienſis, clar. circ. an. 1380. E. *Chronicon de Geſtis Abbatum S. Auguſtini Cantuarienſ.* inter ſcriptor. X. *Lond.* 1652.

Raymundus Jordanus, qui diu ſuppreſſo ſuo, ſub *Idiotæ* nomine latuit, & Sæculi octavi aut noni antiquitatem præ ſe tulit; Canonicus erat Regularis O. A. primò Uzecienſis, dein Cellenſis in Gallia Abbas, clar. ab an. 1381. E. ejus *Opp.* viz. *Contemplationes* variæ *de miſerabili curſu vitæ præſentis*; *de innocentia perdita*; *de converſione*; *de conflictu aſſiduo inter animam & carnem*; *de* VII. *donis Spiritus Sancti contra* VII. *peccata mortalia*; *quod Spiritus S. eſt adjutor animæ*; *de* VIII. *beatitudinibus*; *de amore*; *de vera patientia*; *de morte*; *de B. Virgine*; *de ſtatu religioſo* libri III. *de Oculo Spirituali*; *Regulæ de Chriſtiana vita*; *paraphraſis in Pſalmum* XV. omnia hæc cum caſtigationibus Th. Raynaudi, *Par.* 1654. 4°.

Joannes Tambacus, Teutonicus, patria Argentinenſis, O. Præd. ſtudii Pragenſis primus Rector, & Sacri Palatii Magiſter, clar. an. 1384. E. libri XV. *de Conſolatione Theologiæ*, ſeu *Speculum Patientiæ*, *Col.* 1502. *Norimb.* 1509. & alibi. vid. Biblioth. Domin. p. 129.

Marsilius ab Ingen, Germanus, Canonicus & Theſaurarius Colonienſis, Doctor Heidelbergenſis, clar. an. 1384. ob. an. 1394. E. *Comment. in* IV. *lib. Sentent. Argentor.* 1501.

Ema-

Sæc. XIV. ab an. MCCC

Emanuel II. Palæologus, Joannis vti. filius, ab an. 1384. Græcorum Imperator, ob. an. 1418. E. gr. l. 100. *præcepta Educationis Regiæ* ad fil. *Orationes* VII. & quædam alia *Baſ.* 1578. 8°. *Oratio funebris* admodum prolixa *in Fratrem Theodorum Palæologum* gr. cum notis ap. *Combef.* Auct. nov. 1648. T. II. p. 1045.

Manuel Chrysoloras, patria CP. nobilis Byzantinus, primus Græcarum literarum ſtudium apud Italos reſuſcitavit, clar. an. 1390. ob. an. 1414. E. *Epp.* III. *de Comparatione V. & N. Romæ* Codino ſubjunctæ, *Par.* 1655. f. primæ, quæ prolixa admodum eſt, verſionem addidit Cl. Lambecius, reliquæ duæ græcè tantum editæ ſunt.

Josephus, Alsmaher Biltabib dictus, Presbyter Ægyptius, Canonum Arabicorum collector & Paraphraſtes, clar. an. 1390. E. *Paraphraſis Arabica Canonum* IV. *priorum Concil. generalium* Arabicè & latine in *Pandect. Can. Oxon.* 1672. T. I.

Radulphus de Rivo, Decanus Tongrenſis, clar. circ. an. 1390. ob. an. 1403. E. liber *de obſervantia Canonum* B. PP. T. XXVI. p. 289.

Gerardus Sutfanius, clericus vitæ Communis, clar. an. 1390. ob. an. 1398. E. liber *de Reformatione animæ, &c. Col.* 1539. B. PP. T. XXVI. p. 234.

Wilhelmus Wodfordus, aliis Wilfordus, natione Anglus, O. Franciſcani Monachus, clar. an. 1390. ob. Colceſtriæ an. 1397. E. liber *adv. articulos Joan. Wickleſi* in Faſciculo rerum expetend. *Col.* 1535. fol.

fol. 96. plura adhuc latent, de quibus Baleus Cent. VII. c. 3. & Jamesius in *Ecloga Oxonio-Cantabrigiensi.* Sæc. XIV. ab an. MCCC

Joannes Bromiardus, gente Anglus, patria Herefordiensis, O. D. Doctor Oxoniensis, item S. Theologiæ professor *Cantabrigiensis*, clar. an. 1390. sunt, qui ad an. 1290. referunt. E. *Summa Prædicantium* lib. 2. *Norimb.* 1485. *Ven.* 1586. 4°. de reliquis consulat, qui velit, Baleum, Pitseum, Altamuram, &c.

Petrus de Alliaco, Compendiensis, ex Cancellario Parisiensi ab an. 1395. Aniciensis, ab an. 1396. Camaracensis Episc. ab an. 1411. Cardinalis, ob. an. 1425. E. ejus *Opp. Argentin.* 1490. Tractatus aliquot Theologici, viz. *Speculum Considerationis; compendium contemplationis; de Scalæ Spiritualis gradibus; Epitome quadruplicis exercitii Spiritualis, &c. Duaci* 1634. Liber *de Ecclesiæ & Cardinalium auctoritate* inter *Opp.* Gersonii Part. I. p. 895. plura de eo scriptisque ejus dabit J. Launoius Hist. Gymnas. Navarr. T. II. & Ph. Labbeus Tom. II. p. 180. E. Tractatus *de Reformatione Ecclesiæ* ap. Wolf. Lect. Mem. T. I. p. 756. *Processus adv. Willelmum de Hildenissam, & errores sectæ hominum intelligentiæ* ap. Baluz. Miscell. T. II. p. 277.

Henricus Knighton, Anglus, Canonicus Leicestrensis, clar. circ. an. 1395. E. *Chronicon de Eventibus Angliæ* inter X. Scriptores, *Lond.* 1652.

Sæculum Synodale.

Conſpectus Sæculi.

Sæc. XV. ab an. MCCCC

Duplici de cauſa titulum huic ævo fecimus, tum quod controverſia de Synodi generalis ſupra Papam auctoritate, vehementer ſi unquam alias, hoc tempore agitatur, tum quod pluribus, iiſque primæ notæ Synodis gaudet hoc Sæculum, ut minores taceam. An° MCCCCIX. Synodus Piſana depoſitis Benedicto & Gregorio Papis, Alexandrum v. ſubſtituit. An MCCCCXIV. habitum eſt Concilium generale Conſtantienſe, per quinque fere annos protractum, in quo Joannes Hus, & Hieron. de Praga errorum Wicklevianorum rei damnantur, flammis paulo poſt addicti. Seſſ. XIII. non obſtante ipſius Chriſti inſtituto, (ut ipſi Patres Synodici agnoſcunt) Calix Euchariſticus laicis eripitur, ſub pœna excommunicationis Presbyterò infligenda, qui communicet populum ſub utraque ſpecie panis & vini. Concilium Baſilienſe incipit an. MCCCCXXXI. anno demum MCCCCXLII. finitum, quo inter alia auctoritas Concilii generalis ſupra Papam ſtrenue aſſeritur. Urgentibus jam Imperii Græci fatis Joannes Palæologus unionem cum Latinis meditatur,

tur, quo fine Oecumenicum Concilium habetur primo Ferrariæ, dein Florentiæ an. MCCCCXXXVIII. & seq. ad concordiam inter Ecclesiam Orientalem & Occidentalem resarciendam; cui proinde Græci partim necessitate victi, partim ab Imperatore vi coacti subscribunt; verum domum reversi funditus repudiunt. S. Ludovici Pragmatica Sanctio an. MCCLXVIII. condita, hoc Sæculo in usum revocatur, qua potestas Pontificia intra Gallias plurimum repressa. Sæc. XV. aban. MCCCC

SCRIPTORES.

NICOLAUS de GORHAM in agro Hartfordiensi in Anglia (nonnulli Gallum fuisse volunt) O. D. Doctor Parisiensis, & Regi Francorum a Confessionibus, clar. circ. an. 1400. alii illum ad an. 1350. alii etiam ad an. 1296. referunt. E. *Comment. in* IV. *Evangelia, Col.* 1537. *in Epp. S. Pauli, Hagen.* 1502. *Par.* 1521. f. de aliis videsis Baleum Cent. VII. p. 520. & Simler. p. 519. Altamuram Biblioth. Domin. p. 71.

NILUS DAMYLA, patria Italus, Hieromonachus S. Petræ Carcusinorum in Creta, clar. circ. an. 1400. de ejus scriptis agit L. Allat. *de consens.* l. 2. c. 18. §. 10. E. Frr. ap. eund. l. 2. c. 9. l. 3. c. 2. & in *Addend.* p. 1375. lib. *adv. Hotting.* c. 19. *de Synodo Photiana* c. 9.

Sæc. XV. ab an. MCCCC

Maximus, Monachus CP. Damylæ σύγχρονος, adeoque clar. circ. an. 1400. scripsit acriter pro Latinorum dogmate adv. Græcos, missis undequaque hac de re Epistolis. Ejus scripta haud adhuc supereſſe puto.

Franciscus Zabarella, Patavinus, jus Canonicum tum in Gymnasio patrio, tum Florentiæ docuit, Cathedralis Eccleſiæ Patavinæ Archipresbyter; deinde S. Mariæ de Pratalea Abbas, tandem Archiep. Florentinus, & Cardinalis, & Pontificis ad Sigiſmundum Imp. de tollendis ſchiſmatibus Legatus, clar. an. 1400. ob. Conſtantiæ an. 1417. ætat. LXXVIII. toto Synodo, ipſoq; Imperatore, funeris pompam cohoneſtante. E. *Comment. in Decret. &c. Concilia, &c. Ven.* 1602, 1581. ſcripta ejus recenſet J. Ph. Tomaſinus (a), qui & Epitaphium, aliamque inſcriptionem exhibet.

(a) *Illuſt. viror. eleg. p. 9.*

Joannes Hussus, a vico natali ſic dictus, Magiſter Philoſophiæ an. 1395. deinde Templi Bethlemitici concionator, & Hieronymus Pragensis, Bohemi, ab an. 1400. ſtrenue Papiſmum ubique jam dominantem oppugnarunt; uterque pro fide Martyr, Conſtantiæ exuſti, non obſtante fide publica eis datâ, hic an. 1416, ille an. 1415. E. Huſſi *Opp. Norimb.* 1558. 2. Tom. f. a Fl. Illyrico edita. in iis principem locum tenent *explicationes Symboli, Decalogi, &c. de Sacramento corporis & ſanguinis Domini; de ſanguine Chriſti ſub ſpecie vini a laicis ſumenda; de ſufficientia legis Chriſti ad regendam Eccleſiam; Epp. plures; de libris hæreticorum legendis; de* V. *officiis ſacerdotis; de ſanguine Chriſti glo-*

ri-

Sæc. XV. aban. MCCCC

rificato; lib. de Antichriſto, & membrorum ejus anatomia; de regno, populo, vita & moribus Antichriſti; de Sacerdotum & monachorum abhorrenda deſolatione in Eccleſia Chriſti; de abolendis ſectis, & traditionibus hominum; de unitate Eccleſiæ, & ſchiſmate; de myſterio iniquitatis; hiſtoria geſtorum Chriſti ex IV. *Evangeliſtis; & Paſſionis Chriſti; Sermones varii; & Explicationes in aliquot S. Scripturæ loca, & in Epp. Canonicas; de corpore Chriſti in Sacramento altaris, quod non creatur, neque incipiat eſſe; de adoratione, & contra imaginum adorationem.* Cui Huſſi opera inſpicere non vacat, conferat Simler. p. 384. 385. Tract. *de ablatione Temporalium a Clericis*, apud Gold. Monarch. T. I. p. 232. Hieronymi *Reſponſiones* ad articulos in cauſæ fidei, C. T. XII. p. 1551. de Huſſo, & Hieronymo Prag. pluribus agit H. Pantaleon de viris illuſtr. Germaniæ Part. II. p. 379. &c.

Baldus Ubaldus, Peruſinus, JC. clar. an. 1400. ob. an. 1423. habitu S. Franciſci amictus (ratus id plurimum ad animæ ſalutem conducere) tepeliri voluit. E. *Comment. in Decret.* aliaque ad jus civile & canonicum pertinentia, ſæpius edita. vid. Boiſard. Icon. illuſt. vir. Par. I. p. 102. qui tamen Baldum an. 1365. floruiſſe, an. 1400. obiiſſe ſcribit.

Joannes Charlierius de Gerson, quod agri Remenſis pagus eſt, Cancellarius Pariſienſis, natus an. 1363. clar. an. 1404. ob. an. 1429. ætat. LXVI. E. *Opp.* omnia (quæ vitæ illius ſcriptor in Miſcellanea, Hierarchica, moralia, myſtica, dogmatica in S. Scri-

Sæc. XV. aban. MCCCC

pturam, & concionalia ad populum commodè dividi posse putat) 2. vol. *Par.* 1606. fo. Index operum ejus prolixus nimis est, quam ut integer hoc loco inseratur; inter cætera eminet liber *de potestate Ecclesiastica* Part. 1. p. 110. *de auferibilitate Papæ* p. 154. *de modo se habendi tempore schismatis* p. 171. *de statu Ecclesiæ in V. & N. T. & quot schismata fuerint in Ecclesia* p. 171. *de unitate Ecclesiastica* p. 186. N. B. hujus argumenti plurimos tractatus in ejus operibus reperiri. *de schismate Tractatus* II. p. 210. *Trialogus in materia schismatis* p. 292. *contra sectam Flagellantium* p. 641. *De arte audiendi confessiones* Part. II. p. 302. *de modo excommunicationum, &c.* p. 319. *de potestate absolvendi, &c.* p. 332. *an male loqui de absentibus semper sit mortale* p. 353. *dialogus de cœlibatu & castitate Ecclesiasticorum* p. 495. *De consolatione Theologiæ* lib. 4. part. III. p. 6. *de Consiliis Evangelicis, & statu perfectionis* p. 355. *appellatio peccatoris à divina justitia ad divinam misericordiam* p. 597. Sermo *de Cœna Domini* Part. IV. p. 81. *Concilium, ut posthabitis recentioribus auctores antiqui legantur.* p. 90. *Conclusiones & propositiones pro exterminatione schismatis* p. 104. *contra eos, qui dicunt, quo die quis missam audierit, non subitanea morte periturum* p. 227. *contra eos, qui orationibus & actibus hierarchicis, privatorum devotorum orationes præferunt* p. 253. *protestatio contra schismata* p. 269. Hæc speciminis tantum causa, adeat Lector ipsius Gersonii opera, in quibus nemo sine insigni fructu versari possit.

Gre-

Gregorius XII. Angelus Coriarius antea nominatus, Patria Venetus, Patriarcha Aquileiensis, ab an. 1406. ætatis suæ LXXX°. Papa, ob. an. 1409. E. *Ep.* ad Petrum de Luna Antipapam C. T. XI. Part. II. p. 2084. aliæque hinc inde in eodem Tomo. NB. Epistolas aliquot Petri de Luna, sive Benedicti XIII. ibidem reperiri. Sæc. XV. aban. MCCCC

Joannes Fr. Poggius, Brandolinus dictus, patria Florentinus, octo Pontificum Romanorum & demum Reip. Florentinæ Secretarius, clar. an. 1407. ob. grandævus an. 1459. de ejus scriptis vid. Mich. Pocciancium de script. Florent. p. 153. & Jac. Gaddium de scriptoribus Non-Ecclesiast. T. II. p. 213. ubi pluribus de Poggio agit. E. *Opp.* maximam partem Philologica & Politica *Argentin.* 1511. & 1513. f. quæ in rem Ecclesiasticam faciunt, sunt lib. *de potestate Papæ & Concilii*; *Ep. de obitu Hieronymi Pragensis*; *Oratio in funere Fr. Zabarellæ*; alia *de vita Nicolai Albergati Cardinalis*; tertia *de vita Laurentii Medicæi*; & quædam alia. Opus *Facetiarum* non una vice editum est, ad flammas, vel ad orcum potius relegandum.

Theodoricus de Niem, Germanus, clericus Lucensis, ex scriba Pontificio Episc. Verdensis, clar. an. 1408. E. *Historiæ de schismate inter Papas & Antipapas* libri IV. (quorum quartus *Nemus Unionis* vocatur) *Bas.* 1560. f. de hoc opere vid. Catal. Test. Verit. p. 533.

Sæc. XV. aban. MCCCC

Thomas Netterus, vulgo Waldensis, Anglus, O. C. Prior Provincialis, clar. ab an. 1410. ob. an. 1430. E. *Doctrinale Antiquitatum fidei Ecclesiæ Catholicæ* 3 Tom. *Ven.* 1571. f.

Symeon, ex Monacho, Archiep. Thessalonicensis, clar. circ. an. 1410. ob. an. 1429. E. Lat. *Commentarius de divino Templo, &c. Ingolst.* 1603. 4°. gr. l. ap. Goar. *Ritual. Græcor.* p. 212. *Dialogus de Pœnitentia*, pars majoris operis de VII. Ecclesiæ Sacramentis, gr. l. ap. Morinum Append. ad Lib. de Pœnitent. p. 125. Quæ nondum lucem viderunt, indicabit L. Allat. de script. Symeon, p. 192. qui plura hinc inde ex ejus scriptis adducit, libro *de Synodo Photiana*, p. 164. adv. *Hotting.* p. 18, 78, 110, 135, 278.

Petrus de Ancharano, patria Bononiensis, ex illustri Farnesiorum familia JC. Baldi auditor, vixisse dicitur adhuc an. 1410. quamvis claruit etiam an. 1385. E. *Comment. in Decret. &c. Lugd.* 1533. f. *Concilia* varia, *Ven.* 1599.

Bostonus, Anglus, Buriensis Cœnobii ex O. B. Monachus, clar. an. 1410. E. *Catalogus Scriptorum Ecclesiæ*, præcipue Angliæ adhuc MSS. penes doctissimum virum Tho. Gale, S. Th. P. qui illum suo tempore, ita vovemus, publici juris faciet, saltem ex illo Lelandum nostrum a se edendum illustrabit.

Hieronymus a S. Fide, ex Judæo Christianus, clar. an. 1412. E. Libri II. *adv. Judæos, eorumque Talmuth* B. PP. T. XXVI. p. 528. & sub titulo *Hebræo-mastigis, Franc.* 1602.

Vin-

Sæc. XV. aban. MCCCC

Vincentius Ferrerius, natione Hiſpanus, provincia Valentinus, O. Præd. Petro de Luna ſub nomine Benedicti XIII. a Confeſſionibus Sacris, clar. an. 1414. E. *Opp.* ejus *Valentiæ*, cum Scholiis Vincentii Juſtiniani an. 1591. *Sermones de Sanctis*; item *ſuper Oration. Domin. &c. Antw.* 1573. 8°.

Joannes Capreolus, Toloſanus ex oppido Ratinenſi, O. P. S. Thomæ defenſor acerrimus, clar. circ. an. 1415. in vivis adhuc an. 1431. E. *Comment. in* IV. *lib. Sentent. Ven.* 1484, 1514. vid. ejus elogium ap. Ambr. de Altamura Bibl. Domin. p. 158.

Paulus Carthagena a S. Maria, *Burgenſis* dictus, ex Judæo Chriſtianus; Caſtellæ & Legionis Archicancellarius, Carthaginenſis, deinde Burgenſis Epiſc. clar. an. 1415. ob. circ. an. 1435. E. *Additiones ad Lyram* cum Poſtillis Lyrani *Lugd.* 1590. & alibi *ſcrutinium Scripturarum, Burgiſ.* 1591. f.

Nicolaus de Clemangiis, Gallus, Magiſter Pariſienſis, & Archidiac. Baiocenſis, clar. an. 1416. E. *Opp.* omnia cum Analectis & Gloſſario Latino-barbaro Martini Lydii *L. Bat.* 1613. 4°. in his primas tenent liber *de corrupto Eccleſiæ ſtatu*; *Deploratio Calamitatis Eccleſiaſticæ per ſchiſma nefandiſſimum*; diſputatio *de Concilio Generali*; *de præſulibus Simoniacis*; *quod tam corpore e Babylone ſit fugiendum, quam mente*; *Epp.* CXXXVII. *Liber de ſtudio Theologiæ* ap. Dacher. T. VII. *Epp.* quædam T. VI. adhuc inedita dabit Launoius Hiſt. Gymnaſ. Navarr. p. 578.

An-

Sæc. XV. ab an. MCCCC

Antonius de Butrio, Bononiensis, JC. clar. circ. an. 1417. E. *Comment. in Decret. & Cl. Ven.* 1575, 1582. & alibi.

Martinus III. aliis V. antea *Oda Columna* dictus, patria Romanus, ab an. 1417. Papa, Constantiæ creatus, ob. an. 1431. E. lib. *de translatione Corporis S. Monicæ B. Augustini matris* in Hist. Augustiniana *Tolosæ* 1641. edita. *Epp.* & *Decreta* in Concilio Constantiensi edita, C. T. XII.

Gobelinus Persona, Decanus Bilsfeldensis, vix. an. 1418. E. *Cosmodromium*, seu chronicon universale, *Francof.* 1599. f.

Henricus de Hassia, Germanus, O. Carth. Prior Arnhemiensis, clar. an. 1418. ob. an. 1428. E. *Regulæ de peccato mortali* editæ 1483. *Secreta Sacerdotum Dievent.* 1501. *Liber de contractibus* inter *Opp.* Gersen.

Augustinus de Roma, O. A. Prior Generalis factus an. 1419. postea Episc. Cæsenas, tandem Nazarenus in ditione Neopolitana Archiep. ob. an. 1443. vel ut alii 1445. scripsit inter alia *de Sacramento divinitatis Jesu Christi, & Ecclesiæ; de Christo capite & ejus inclyto principatu; de charitate Christi circa electos, & de ejus infinito amore:* quæ tria opuscula (monente Bellarmino *) in Indice Romano prohibentur. confer Simler. p. 78. & Jos. Pamphili Chron. Ord. Eremit. S. Aug. p. 79. fac. 2.

* *De Script. Eccles.* p. 388.

Josephus Bryennius, patria CP. Monachus, vivebat adhuc 1420. & concionibus ad populum habitis multum inclaruit. Scripsit plura adv. Latinos, præcipuè *Orationes*

tiones VIII. περὶ τῆς ἁγίας τριάδος, quarum argumenta refert L. Allat. de Conſenſ. l. 2. c. 18. §. 18. Frr. ap. eundem libro *de Synodo Photiana* p. 164. *adv. Hotting.* p. 315. *de Conſenſ.* l. 2. c. 3, 4, 15. l. 3. c. 2. lib. *de purgat.* p. 79, 141, 713. *de lib. Eccleſiaſt. Græcor.* p. 136, 143, 339. Sæc. XV. ab an. MCCCC

Nicolaus Dinchelsphalius, Suevus, Rector Viennenſis, vix. an. 1420. E. plurima MSS. verum an edita ſint, N. L. vid. Simler. p. 518.

Theodoricus, Engelhuſius, Hildeſheimenſis Canonicus, clar. an. 1420. E. *Chronicon univerſale* ab O. condito ad an. Chr. 1420. J. Maderi cura primùm editum Helmſtad. 1671.

Macarius, cognom. Macres, ex monacho montis S. Monaſterii Pantocratoris CP. Præfectus, clar. circ. an. 1420. ob. an. 1431. ſcripſit opus *de Proceſſione adv. Latinos*, de quo L. Allat. de conſenſ. l. 2. c. 18. §. xi.

Joannes Cananus, Hiſtoricus Byzantinus, clar. an. 1422. E. gr. l. *Narratio de Bello* CP. *cum Turcis*, eodem anno geſto, Georgio Acropolitæ ſubnexa, *Par.* 1651. f.

Gulielmus Lindvvood, Anglus, JC. Decanus de Arcubus, privati Sigilli Cuſtos, Regis ſæpe apud exteros Orator, tandem Epiſc. Menevenſis, clar. an. 1422. ob. ſecundum Pitſeum (*a*), an. ſeq. teſte vero Godwino (*b*) an. 1446. E. *Provinciale vetus*, *Par.* 1585. *Oxon.* 1679. f. & ſi Pitſeo fides, *Catalogus quorundam Archiepiſcoporum Cantuarienſium*, *Lond.* 1557.

(*a*) *De Script. Angl.* p. 610.
(*b*) *De Præſul. Angl.* p. 613.

Geor-

Sæc. XV. ab ab. MCCCC

Georgius Phranza, Byzantinus, Imperatori primò a cubiculo, dein à secretis, postea Magnus Logotheta, clar. ab an. 1424. captâ CP. in servitutem ductus: an. 1468. monachus factus, scripsit adhuc an. 1477. E. Lat. *Historia Byzantina sui temporis* cum Jac. Pontani notis Theophylacti Simocattæ Historiæ subjunct. *Ingolst.* 1604. 4°.

Josephus, ab an. 1424. Patriarcha CP. ob. circ. an. 1440. E. *Ep. Lat.* ad Synodum Basilienſem C. T. XII. p. 545. *Bulla plumbea* ib. p. 571.

Joannes de Imola, Bononienſis, JC. in urbe patria non incelebris, clar. an. 1425. ob. an. 1436. E. *Commentarii in Decret. &c.* juris Canonici profeſſoribus ſatis noti.

Bernardinus, Senenſis, O. M. Concionator celeberrimus, clar. an. 1426. ob. an. 1444. E. *Opp.* omnia Tom. IV. *Ven.* 1591. 4°. Auctior vero editio Pariſienſis, 1636. Tomis v. f. quibus continentur *Quadrageſimale de Religione Chriſtiana*; *Quadrageſimale de Evangelio æterno*; *Adventualia de vita Chriſti, & de inſpirationibus*; *Quadrageſimale de pugna Spirituali*, aliud *Seraphim* dictum, ſeu *de amore*; *de* IV. *noviſſimis*, aliiſque *Sermones* varii; Tractatus *de confeſſione*, *de ſpeculo peccatorum, &c.* Sermones *de Chriſto, de Euchariſtia*, *Deipara virgine*, *de tempore & Sanctis*; *Commentarii in Apocalypſim.* confer Labb. T. I. p. 186.

Nicolaus Tudeschus, Abbas Siculus, O. B. Archiep. Panormi, & Cardinalis, clar. an. 1428. ob. peſte correptus an. 1445. E. *Opp.* omnia Tom. IX. *Ven.* 1592, 1617. in qui-

quibus continentur uberrima *Commentaria in quinque libros Decretalium*; *in Clementinas, & earum Gloſſas*; *conſilia* CXVIII. *Quæſtiones ſubtiliſſimæ* VII. *Repetitio in cap.* per tuas; *Practica in curiis obſervari ſolita*; *ſingularum in jure Canonico Deciſionum Theſaurus.* Sæc. XV. ab an. MCCCC.

Raimundus de Sabunde, ſive Sebeyde, gente Hiſpanus, in Gymnaſio Tholoſano Doctor, in facultate medica, Philoſophica, quin & Theologica inſignis, clar. an. 1430. E. *Theologia naturalis, Lugd.* 1540. *Ven.* 1581. 8°. *Viola animæ, Col* 1501. 4 quæ fere nihil aliud eſt, quam liber de Theologia naturali ab ipſomet auctore in Dialogi formam redactus.

Demetrius Chrysoloras, e recentioribus Græcis ſcripſit adv. Latinos, claruitque circ. an. 1430. cujus ſcripta memorat L. Allat. de Conſenſ. l. 2. c. 18. §. 12. & allegat libro adv. Hotting. p. 49.

Macarius, Metropolita Ancyranus, claruiſſe videtur circ. an. 1430. vel paulo ante, in Latinos acriter invectus. E. Opus ineditum *contra pravas Latinorum opiniones*, de quo vid. L. Allat. de Conſenſ. l. 2. c. 18. §. 15.

Joannes, Anagnoſta Theſſalonicenſis, vivebat an. 1430. E. gr. l. *narratio de extremo excidio Theſſalonicenſi* (cui præſens interfuit) ap. L. Allat. *Symict.* Part. II. p. 318. eique *Monodiam* de excidio urbis Theſſalonicenſis attexuit ibid. p. 374.

Esaias, patria Cyprius, clar. ſi recte conjiciam (neque enim certam ejus ætatem hactenus inveſtigare potuerim) circ. an. 1430.

Sæc. XV. ab an. MCCCC 1430. E. gr. l. *Ep.* ad Nicolaum Sclengiam *de processione Spiritus S.* ap. L. Allat. de Consens. l. 2. c. 18. §. 16. & Græc. Orthod. T. 1. p. 398.

Petrus Jeremiæ, natione Siculus, domo Panormitanus, O. D. Ecclesiastes facundus, clar. circ. an. 1430. ob. ut ex epitaphio liquet an. 1452. juxta Altamuram verò an. 1434. qui ejus scripta recenset.

Joannes Nider, gente Suevus, O. Pr. Theologus summus, Prior & Rector Viennensis, & ad Concilium Basilienſe legatus, clar. an. 1431. ob. an. 1438. E. *Consolatorium timoratæ conscientiæ, Rom.* 1604. 8°. *Formicarius*, sive *Dialogus ad vitam Christianam incitativus, Par.* 1510. 4°.

Eugenius IV. Venetus, Canonicus sæcularis, ab an. 1431. Papa, ob. an. 1447. E. *Epp.* plures ad, vel contra Synodum Basil. C. T. XII. p. 931, &c. plures quære T. XIII.

Laurentius Justinianus, Venetus, O. A. ab an. 1431. Venetiarum Episc. primus ibi Patriarcha factus an. 1450. ob. an. 1455. E. *Opp.* omnia viz. *Lignum vitæ; de disciplina & Spirituali perfectione; de casto connubio verbi & animæ; fasciculus amoris; de triumphali agone Christi; de interiori conflictu; de complanctu Christianæ perfectionis; Sermones de festis Christi, &c. de vita solitaria; de Contemptu Mundi; de Spirituali interitu animæ; de ejusdem Spirituali resurrectione per J. Christum, &c. lib. 2. de regimine & institutione Prælatorum; de obedientia; de humilitate; de gradibus perfectionis; Epp. variæ. Edita sunt hæc Lugd.* 1568. f.

An-

Andreas de Petra, Archiep. Coloſſenſis, Eugenii Papæ Legatus ad Synodum Baſil. clar. an. 1432. E. *Oratio* habita in eadem Synodo, C. T. XII. p. 872.

Joannes, Archiep. Tarentinus, Legatus itidem Eugenii Papæ, clar. an. 1432. E. *Oratio pro Eugenio* Papa C. T. XII. p. 884.

Ægidius Carlerius, Decanus Cameracenſis, vix. an. 1433. quo interfuit Synodo Baſilienſi ob. an. 1472. E. *Oratio de corrigendis peccatis publicis*, C. T. XII. p. 1159. *Caſuum Conſultationes* 2 vol. *Bruxel.* 1478. plurima adhuc MSS. vid. ap. Launoium *Hiſt. Gym. Navarr.* p. 581.

Joannes Ragusæus, Dalmata, O. Præd. Procurator Generalis ad Synodum Baſil. clar. an. 1433. E. *Oratio* prolixa *ſeu Diſſertatio de Communione ſub utraque ſpecie*, C. T. XII. p. 1013.

Gerardus Landrianus, Epiſc. Laudenſis, Concilii Baſilienſis Orator, clar. an. 1433. E. *Oratio ad Regem Angliæ*, C. T. XII. p. 867.

Jordanus Brixius, Miles, JC. Conſiſtorialis advocatus, Provinciæ Galliarum judex major, clar. an. 1433. E. Tractatus *pro Eugenio* IV°. ap. Baluz. Miſcell. T. III. p. 303.

Henricus de Kaltheisem, Germanus, O. P. Inquiſitor Colonienſis, & ex Palatii Apoſtolici magiſtro, tandem Nydroſienſis & Cæſarienſis Archiep. clar. ab an. 1433. E. *Diſſertatio de libera prædicatione verbi Dei.* C. T. XII. p. 1249.

Joan-

Sæc. XV. Joannes de Polemar, Archidiac. Bara-
ab an. MCCCC cinonensis, Apostolici Palatii Auditor, clar. an. 1433. E. *Oratio in Synodo Basil. habita de civili dominio clericorum*, C. T. XII. p. 1364.

Alphonsus Tostatus, Hispanus, Consiliarius Regius, & Episc. Abulensis, clar. ab an. 1433. ob. an. 1454. E. *Opp.* omnia Tomis XXVII. *Ven.* 1596. f. Quorum XXIV. priores continent *Commentarios* in varias S. Scripturæ partes, sc. in *Pentateuchum*, *in Jos. Jud.* & *Ruth*, *in* IV. *libb. Regum*, & *Paralipomenon*; *in Evangelium S. Matthæi.* Tom. XXV^us. Opuscula complectitur, *viz. Defensorium* III. *conclusionum*; lib. *de* V. *figuratis paradoxis*; *de SS. Trinitate*; Tract. in illud, *Ecce virgo concipiet*; *contra sacerdotes publicos concubinarios*; *de statu animarum post mortem*; *de optima politia.* Duobus ultimis Tomis indices continentur.

Joannes, Patriarcha Antiochenus, clar. an. 1434. E. *Lat.* Opusculum *de superioritate inter Concilium & Papam* C. T. XII. p. 911.

Isaias, Patriarcha Hierosolymitanus, clar. an. 1434. E. *Lat. Ep.* ad Eugenium Papam C. T. XIII. p. 539.

Marcus Eugenicus, ab an. 1436. Ephesius Archiepiscopus, causæ Græcorum in, & post Synodum Florentinam acerrimus defensor; quando obierit N. L. E. Libellus *de Synodo Florentina* cum Josephi Methonensis Respons. gr. l. C. T. XIII. p. 677. *Ep. circularis* de eadem re cum Gregorii Responso ib. p. 740. Frr. ap. L. Allat. *de Synodo octava*, c. 14. p. 544.

Bes-

Bessarion patria Trapezuntinus, Archiep. Nicænus, clar. ab an. 1436. ad Latinos transiens, Cardinalis factus, & titulo Patriarchæ CP. donatus, ob. an. 1472. E. Lat. liber *de Sacramento Eucharistiæ*, B. PP. T. XXVI. *Oratio dogmatica in Synodo Florentina habita de causis schismatis* gr. l. C. T. XIII. p. 391, &c. *Ep.* ad Alexium Lascarim Lat. ib. p. 1228. *Ep. de Bibliotheca sua*, quam Venetorum reipublicæ in Æde S. Marci locandam, dono dedit; hanc Latinè edidit Melch. Goldastus inter Epistolas Philologicas p. 500. P. Arcudius in aurea sua *Opusculorum theologicorum* collectione, quam Romæ emisit an. 1630. 4°. sequentia Bessarionis opuscula gr. l. evulgavit, viz. *Apologiam pro Vecco, seu Confutationem Confutationum Palamæ*; *Ep. ad Alexium Lascarim Philanthropinum de processione Spiritus S.* item *Epistolam generalem*; *ut & tertiam*; *Responsionem ad Maximum Planudem de processione Spiritus S.* confer quæ habet L. Allatius *de Consens.* l. 3. c. 3. Sæc. XV. aban. MCCCC

Georgius Scholarius, qui monachus factus Gennadii nomen sibi assumpsit, clar. an. 1438. Ecclesiæ Romanæ acris oppugnator: Hunc cum Georgio Patriarcha vulgo male confundi, pluribus contra Caryophilum contendit L. Allatius (*a*). E. græcè *Syntagma* dictum Ὀρθοδόξου κατηφύτου, VIII. partibus seu libris constans, *Londini*, sed absque anni nota editum 4°. alia ejus ἀνέκδοτα suppeditat L. Allatius c. citat.

(*a*) *De consens.* l. 3. c. 5, & 6.

Sæc. XV. ab an. MCCCC

Joannes Eugenicus, nomophylax, Marci Ephesii (si quid in hisce video) frater, & una cum eo acris Latinorum oppugnator; interfuit Concilio Florentino an. 1438. scripsit *Antirrheticon adv. Synodum Florentinam* ex quo E. Frr. quædam ap. L. Allat. libro de purgat. p. 61. 220, 241, 265.

Isidorus, Ruthenus, Russorum metropolita, interfuit Synodo Florentinæ, an. 1438. postea Latinis accedens, factus est Cardinalis, & Episc. Sabinensis, & Legatus Pontificius; E. *Epist. Lugubris de captâ CP.* inter *Epp. Turcicas* a Reusnero editas l. 4. p. 104. data est hæc Epistola *Peræ* an. 1452. nisi error sit in numero, pro 1453.

Georgius, Gemisthus, Pletho, genere CP. Philosophus nobilissimus, quo post Platonem & Aristotelem Σοφώτερον οὐκ ἔφυσεν ἡ Ἑλλάς, inquit Bessario (*a*) Cardinalis. interfuit Synodo Florentinæ an. 1438. & adv. Latinos disputavit. E. *Opuscula* aliquot, sed quæ vix sunt hujus loci. vid. Simler. p. 227. & L. Allat. de consens. l. 3. c. 3. §. 6.

(*a*) *Epist. ad Demetr. & Andron. Plethon. ap. L. Allat. de Consens. l. 3. c. 3. p. 937.*

Joannes de Turrecremata, Hispanus, O. P. Cardinalis factus est an. 1439. postea creatus Episc. Sabinensis, ob. an. 1468. E. *Comment. in Decret. Ven.* 1578. *Summa de Ecclesia*, ib. 1561. *in Psalterium*, ib. 1513. *Apologia pro Eugenio Papa, Ven.* 1563. 4°. & C. T. XIII. p. 1661. alia ex Labbeo (*b*) pete.

(*b*) *T. I. p. 615.*

Georgius, Origine Trapezuntinus, ortu Cretensis, natus an. 1396. clar. an. 1440. ob. an. 1486. E. gr. l. *Ep.* ad J. Palæologum Imp. cum Simocotta, &c. edita *Ingolst.* 1604. Lib. *de processione Spiritus S.* ad Joannem

nem Cubocleſium; & *Ep.* ad Cretenſes de eadem re, & de una, Sancta, Catholica Eccleſia ap. L. Allat. Græc. Orthod. T. 1. p. 469. Expoſitio in illud, *ſi volo eum manere, &c. Lat. Baſ.* 1543. 8°. *& in Orthodoxogr.* p 1231. *Lat. Martyrium Andreæ Chienſis* ap. *Sur.* Maii XXII. vid. L. Allat. de Conſenſ. l. 3. c. 3. §. 2. & de libris Eccleſ. Græcorum p. 144. plurima e Græcis tranſtulit, de quibus alii: vid. Boiſard. Icon. illuſtr. Part. 1. p. 134. Sæc. XV. aban. MCCCC

Josephus, Epiſc. Methonenſis, ſcripſit circ. an. 1440. E. gr. l. *Apologia adv. Marcum Epheſium*, C. T. XIII. p. 677.

Joannes, Jacobitarum in Ægypto Patriarcha, clar. an. 1440. E. Lat. *Ep.* ad Eugenium Papam C. T. XIII. p. 1201.

Sylvester Sguropulus, magnus Eccleſiarcha, & unus e quinque Crucigeris Patriarchæ CP. Hiſtoriæ Concilii Florentini cui interfuit, ſcriptor, clar. an. 1440. E. *Hiſtoria* hæc gr. l. cum notis Rob. Creightoni *Hagæ* 1660. f.

Joannes de Lydgate, natione Anglus, patria Suffolcienſis, O. B. in Cœnobio Burienſi monachus, Poeta elegantiſſimus, clar. an. 1440. E. Anglicè lib. IX. *de caſibus illuſtrium virorum ab Adamo, &c.* ex J. Boccatio verſi, *Lond.* 1527, 1554. *de ſaltu Machabræ, Lond.* 1554. de aliis vid. Baleum p. 586. & ejus pro more exſcriptorem Pitſeum, p. 632.

Nicodemus, Abbas gentis Æthiopum, Imperatoris ſui ad Synodum Florent. Legatus, clar. an. 1440. E. Lat. *Expoſitio pro Imp. Æthiopum, & Ep.* C. T. XIII. p. 1214.

Sæc. XV. aban. MCCCC

Joannes de Anania, JC. Archidiac. Bononienſis, clar. an. 1440. ob. an. 1455. E. *Comment. in Decret. &c.* ſed ubi edita, nondum comperi.

Joannes Capistranus, Italus, O. M. Inquiſitor fidei, & Legatus Pontificius, clar. an. 1440. ob. an. 1456. E. *Opp.* inter Tractatus Juris, *Ven.* 1584.

Laurentius Valla, Patricius Romanus, & Canonicus Lateranenſis, clar. an. 1440. ob. an. 1465. E. præter alia, quæ huc non ſpectant, *Annotationes in N. T.* typis ſæpius excuſæ. *De ficta Conſtantini donatione*, inter ſcriptores *de Poteſtate Imper. &c.* a S. Schardio editos, *Baſ.* 1566. f. & in Faſciculo rerum expetend. *Col.* 1535.

Fl. Blondus, Forolivienſis, Eugenio IV°. a ſecretis, clar. an. 1440. ob. 1463. E. *Opp.* maximam partem, Hiſtorica, viz. *Romæ triumphantis* lib. X. *Romæ inſtauratæ* lib. III. *Italiæ illuſtratæ* lib. VIII. *Hiſtoriarum Romanarum* Decades III. *de Origine & geſtis Venetorum*, *Baſ.* 1559. & alibi.

Ambrosius, patria Florentinus, Emanuelis Chryſoloræ in Græcis diſcipulus, familiæ Camaldulenſium Abbas Generalis, vir pro ſæculi ſui captu eruditiſſimus, clar. an. 1440. etiam diu antea clarus; ob. grandævus an. 1490. vitam ejus pleniſſimè deſcripſit Auguſtinus Florentinus Hiſtoriarum Camaldulenſium libro III. a. p. 321. uſque ad finem. Errat vero Labbeus (*a*), quum Auguſtinum tribus libris vitam ejus deſcripſiſſe ait. Scripſit quidem de Hiſtoria Camaldulenſi libros tres, Ambroſii verò vita ſo-

(*a*) *Diſſert. Tom. I. p.* 45.

ſolummodo in Appendice ad librum tertium continetur. E. plures *Vitæ SS.* ab eo Lat. redditæ & digeſtæ; quæ, aliaque quæ ſcripſit, ap. Pocciancium (*a*) videri poſſunt. extare opus ejus *contra vituperatores monaſticæ vitæ* Patavii in Biblioth. S. Juſtinæ teſtis eſt J. Tomaſinus (*b*); quod tamen nec a Bellarmino, nec a Pocciancio enumeratur.

(*a*) *De Script. Florent.* p. 8.

(*b*) *Lib. de Biblioth. Patavinis*, p. 46.

Meffrethus, Presbyter, ut videtur, Miſnenſis, clar. an. 1443. E. *Hortuli Reginæ*, ſive conciones Æſtivales & Hyemales, *Monach.* 1612, 1615. prioris editionis in Germania meminit Simler. p. 498. nec loco, nec anno addito.

Paulus, Anglus, Doctor Decretorum, clar. an. 1444. E. *Aureum ſpeculum Papæ, ejuſque* Curiæ, &c. ap. Gold. Monarch. T. II. p. 1527.

Leonardus, Micenſis, aliis Bellunenſis, Italus, Studii Bononienſis Regens, & O. D. provincialis, clar. juxta Altamuram an. 1444. E. *Sermones* V. *Ven.* 1475. 4°.

Petrus de Pilichdorf, S. Theologiæ profeſſor, clar. ſi ex nota ad finem libri appoſita conjicere liceat, an. 1444. E. liber *contra Sectam Waldenſium* a Gretſero una cum Reinerio editus *Ingolſt.* 1613. p. 201. & pars Tractatus *contra pauperes de Lugduno* ib. p. 279. & B. PP. T. XXV.

Gregorius Meliſſenus, *Mammas* dictus, Hieromonachus, magnus Protoſyncellus, & Imperatori a Confeſſionibus ſacris, ab an. 1445. Patriarcha CP. ad Latinos tranſiens an. 1451. Romæ egit, ibique obiit. E. gr. l. *Apologia adv. Marci Epheſii Epiſtolam*

Sæc. XV. ab an. MCCCC

